notabile, quod p. 390 Jacobita ab Eutychemis errore se alienum dicit, negatque ullam
confusionem in hypostatica unione factam: *Nam divinitas, inquit, mansit divinitas;
caro item, caro perstitit.* Et rursus: *Naturas conservatas fuisse apparet; creditur tamen
una propter indivisibilitatem.* Atqui etiam Armenius, p. 323, sic loquitur, nisi quod
dictum suum magnopere emendat orthodoxus sanctusque vir Nerses, cum duas quo-
que se naturas admittere cum theologo Gregorio dicit; id quod Jacobita in profes-
sione sua non fatetur. Hinc sane patet quam recte quamque sapienter Græci a Nersete
exposcerent, ut ab *unius naturæ* locutione prorsus abstineret, id quod demum Nerses,
p. 382, se facturum promittit. Ne vero id forte a Theoriano dialogi auctore confingi
ad victoriam putetur, ecce in concilio quoque Tarsensi (3) Armeniaci Patres, quinto

(1) Mansi Collect. concil. t. XXII, ad an. 1168,
ex Allatio *De consensu* lib. II, 12. Sed in prædi-
cta editione conciliorum perperam et ridicule scri-
bitur *Michel* (quasi *Michael*) pro *Manuel*; qui
error semel irrepsit etiam in Allatii interpreta-
tionem Latinam, quanquam Græcus apud eundem
textus recte habeat Μανουήλ.

(2) De Albanorum, seu Georgianorum, patriar-
cha Armenio non semel sermo fit in concilio pa-
triarchæ Mequitarii apud Mans. *Collect. concil. t.*
XXV. Ejus patriarchatus originem Moses Chore-
nensis, *Hist. lib. III, 3*, innuit.

(3) Apud Galanum, t. I, p. 334.

post dialogum anno, ob auferendum quodlibet offendiculum, æque se in posterum *unius naturæ* dictionem omisso, sancte spondent. Nolim ergo deinceps ab Orientalibus scriptoribus (quod aliquoties factum video) controversiam hanc, quasi fere *levi-densem*, seu de vocabulis ac subtilitatibus logicis, dici.

XIII. Quoniam vero Armeniorum disputationis cum Theoriano dux Nerses fuit, existimavi fore operæ pretium, si epistolarum ejus dogmaticarum, quæ in Armeniaco Vaticanæ bibliothecæ codice sunt, excerpta quamdam facerem, favente mihi gentis ejus doctissimo interprete, eaque in calice disputationis ascriberem, ut hæc scripta invicem sibi lucem impertiantur. Sed unum hic tractum, a me tum prætermissum, ex Nersetis ad Alexium epistola recitare placet, qui etiam in Compendio historico, t. II, p. 66, paulo diversis verbis ex alio codice ponitur; inde enim Nersetis mens, dum unam Christi naturam diceret, evidenter patescit. Sic ergo in codice Vaticanæ Nerses: « Unam naturam in Christo dicimus, non per confusionem, ut Eutyches, sed juxta Cyrillum Alex. qui contra Nestorium in epistolis unam esse incarnati Verbi naturam (quod Cyrilli dictum diu in disputatione et in Michaelis Byzantini epistola ventilatur). Pro una hypostasi quam vos (Græci) dicitis, quod rectum est, et nos pariter profitemur, unum idemque a vobis affirmatur, cum unam naturam dicimus: quod nos haud hæretico sensu dicere vel inde patet, quod cum ea de re verba facimus, haud in una natura subsistimus, sed ambarum proprietates ostendimus. Una, inquam, natura haud ob aliam causam a nobis dicitur, quam propter Verbi cum carne indivisibilem inefabilemque unionem. Imo et duas naturas dicere non recusamus, modo id haud juxta Nestorium dividendi causa, sed contra Eutychem et Apollinarem ob confusionem vitandam dicatur. » Hæc autem, ut puto, ostendunt, mentem sine dubio Nersetis orthodoxam fuisse, sed tamen cum unam affirmaret naturam, a Syrorum locutione parum oppido discrepasse (4); cum autem duas, tunc demum catholicam quam reapse animo suo fovebat sententiam apte, proprie, tutoque significavisse. Quod vero in pastorali ante hos annos edita epistola p. 18, ait Nerses: *Unus Christus, et una ejus persona ex duabus unitis naturis*: nihil nos amplius desiderabimus, si certe addatur vel subintelligatur (cum Michaelis Constantinopolitano p. 333) *una Christi persona in duabus naturis, et duas habens naturas*: quanquam, ut sæpe dixi, de orthodoxa Nersetis mente dubitari nullo modo potest.

XIV. Atque hæcæque Armeniorum cum Græcis concordia perducta olim fuit, his colloquiis scilicet conglutinata in Tarsensi autem concilio confirmata: quamquam mortuo paulo post Manuele Cæsare, turbatisque Comnenæ familiæ rebus, concordiam ejus levis aut nullus fructus exstitit. Cum Latinis autem Armenii libentius adhuc consensisse videntur, oblata sæpe per episcoporum regumque epistolas Romanis pontificibus obedientiam; tum vero in Sisensi synodo anno 1307 celebrata, et in Adanensi an. 1316, quæ utraque apud Galanum est; præcipue vero in alia apud Mansium *Concil.* t. XXV, p. 1186 (anno 1342, sub Benedicto papa XII, et Mequitario patriarcha) numerosa synodo objectos sibi errores purgaverunt Armenii, et concordiam cum Ecclesia Romana professi sunt. Sed nihil æque Armeniorum causam definit, quam œcumenicum Florentinum consilium, in quo Armenii sapientissimum illud Eugenii IV constitutum amplexi sunt, eique subscripserunt, et observantiam debitam sponderunt: de quo sanæ constituto illud dicendum videtur, quod de Magni Leonis epistola Græci Patres pronuntiaverunt, nempe fidei esse columnam, cui nisi Armenii nunquam notabant. Quippe ibi sanæ necessariæque doctrinæ nihil deest, de duabus scilicet Christi naturis, de Spiritu sancti a Filio processione, de recipienda Chalcedonensi cunctisque a Papa confirmatis synodis, de sacramentis septem, de sancto oleo, de festis, de sacri mitione calicis, de fide Symboli Athanasiani, de Romanæ Sedis primatu, de dogmatibus in reconciliatione cum Græca Ecclesia Florentiæ definitis: quæ fere omnia Nicolaus quoque papa IV, in epistola ad Haytonem Armeniorum regem antea tradiderat (5). Est igitur his regulis fideliter accurateque obediendum: nam quod attinet ad subtiles quasdam exquisitasque schismaticorum malorum vel infelicitum temporum executiones, ex quamvis a propriæ gentis amore atque a laudis orthodoxæ studio manant, ingenuoque et recto animo fiunt; attamen puritati ac securitati fidei catholicae parum oppido prosunt; imo declarata jam dogmata quandoque obscurant, definitaque controversias rursus commovent: multoquo præstat errorem vel suspicionem erroris a veritate ac simplicitate catholica libera fidenterque secernere, ne tenebræ luci officiant, et ne incautus populus inter errorem et orthodoxiam levo fortasse discrimen intercedere putet.

(4) Michael patriarcha Syrus in fidei Confessione apud nos, p. 591 et 594: *Confitemur naturarum, ex quibus est Christus, incolumem esse differentiam. — Scimus et credimus ex duabus ipsam esse inconfuse, immutabiliter, inconvertibiliter. — Confitemur unam esse hypostasin, id est unam Christi naturam.* Porro hoc dicto videretur quidem personam cum natura confundere Syrus, nisi pag. præc. diceretur ab eo *Una hypostasis, et una natura, Christus*

unus. Denique ἀπερὸν φύσεων φανερώσῃ post unionem dicit Armenius p. 320; Syrus autem post unionem similiter, p. 390, *δυνατὸν εἶδέναι τὰ τῶν φύσεων γνωρίσματα.* Num ergo Syri duas naturas verbis negabant, re coacti fauebantur? Certe et ipsi in clausula disputationis ad catholicam duarum naturarum sententiam videntur accedere.

(5) Apud Galanum t. I, p. 406.

ΘΕΩΡΙΑΝΟΥ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ

ΔΙΑΛΕΞΙΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΚΑΘΟΛΙΚΟΝ ΤΩΝ ΑΡΜΕΝΙΩΝ.

THEORIANI ORTHODOXI

DISPUTATIO

CUM ARMENIORUM CATHOLICO.

(Apud Ducæum *Supplem. Bibl. Patr.*, tom. 1, p. 459. — Menzels epistolam quam sequitur, cum propter defectum codicis Ducæus omisisset, edidit card. Angelo Maius in fronte secundæ Theoriani Disputationis.)

Exemplar regis sacræque epistolæ ad Generalem Armeniorum. Non immerito in hoc disputationis libello collocatur, quandoquidem ex ejus continentia, universi tractatus argumentum cognoscitur.

Manuel in Christo Deo fidelis rex Porphyrogenitus, a Deo coronatus, dominator, fortis, excelsus, semper augustus et imperator Romanorum Comnenus, reverendissimo et summe colendo Generali Armeniorum gratiam suam.

Cum mea majestas sæpe ex vestra relatione cognoverit laudabile studium votumque, quod de orthodoxa Christianorum fide geritis; vosque adeo (postquam audistis sanctæ Ecclesiæ adversus vos criminationes, quarum causa vos siu suo ceu dissidentes non retinet) paratos esse intellexerit ad libenter excipiendum de hac re sermonem, partesque vestras ad sanctissimam Ecclesiam transferendas; valde, inquam, sapientiam vestram commendo atque exosculor: cumque id negotium cum sanctissimo patriarcha, et cum sacra divaque synodo communicaverim, alacrem morigerumque Ecclesiæ universæ cœtum ad vos recipiendos esse comperi, si vos tamen recte pieque credere palam constituerit. Quamobrem hunc meæ subditum majestati, magistrum ac philosophum Theorianum, ad reverentiam vestram misi, una cum abbate Armeniaci monasterii, quod est Philippopoli, Atmano, ut vobis significent, quæ hac super re sanctissimæ Ecclesiæ majestatique meæ videntur. Licet igitur

Ἰσὸν βασιλικῶν καὶ θεῶν γράμματος πρὸς τὸν καθολικὸν Ἀρμενίων. Κατίστωραι δὲ ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ τῆς διαλέξεως οὐ μάλιστα δηλοῦνται γὰρ ἐκ τῆς αὐτοῦ περιλήψεως ἢ τοῦ συγγραμματος ὑπόθεσις ἅπασι (1).

Μανουὴλ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς Πορφυρογέννητος, θεοσταφής, ἀναξ, κραταίος, ὑψηλός, ἀεὶ αἰγιόστος καὶ αυτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Κομνηνός, τῷ τιμιωτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ καθολικῷ τῶν Ἀρμενίων τὴν χάριν αὐτοῦ.

Ἡ βασιλεία μου πολλάκις (2) ἀναμαθούσα παρ' ὑμῶν ὅτι ἀγαθός ἐστιν ὁ ὑμέτερος σκοπὸς καὶ τὸ θέλημα περὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ ὅτι ἐτοιμοὶ ἴστε, ἀναδιδαχθέντες τὰ πρὸς τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἁγίας αἰτιώματα, δι' ἅπαν οὐ προσδέχεται ὑμᾶς ὡς μὴ ὁμοφρονούντας αὐτῇ, ἀσμένως ὑποδέξασθαι τὸν τοῦτον λόγον, καὶ θεῖναι τὸ μέρος ὑμῶν μετὰ τῆς ἀγνωστῆς Ἐκκλησίας, μέγας ἐπήνεσε καὶ ἀπεδέξατο τὴν ὑμέτεραν σύνεσιν· καὶ κοινωσαμένη περὶ τοῦτου τῷ τε ἀγνωστῷ πατριάρχῃ καὶ τῇ ἱερᾷ καὶ θεῷ συνόδῳ, καὶ ἐτοιμον εὐρούσα καὶ εὐπειθεὶς τὸ μέρος ἔπαινον τῆς ἀγνωστῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὴν ὑμέτεραν ὑποδοχὴν, εἰπερ ὀρθῶς ὑμᾶς καὶ εὐσεβῶς διαγνοίῃ φρονήσαντας, ἐπὶ τοῦτου τὸν παρόντα λίξιον τῆς βασιλείας μου τὸν μαίστωρα Θεωριανὸν καὶ φιλόσοφον πρὸς τὴν ὑμέτεραν εὐλαβειαν ἢ βασιλεία μου ἐξάπεσταίτε, σὺν ἅμα τῷ καθηγουμένῳ τῆς Ἀρμενικῆς μονῆς τῆς ἐν Φιλιππουπόλει τῷ Ἀτμάνῳ, ἐφ' ᾧ ἀπαγγεῖλαι σοὶ τὰ δοκοῦντα περὶ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τῇ τε ἀγνωστῇ Ἐκ-

(1) Hæc Manue'is epistola bis scribitur in Vaticano codice, nempe ante utriusque disputationis initium, cum paucissimis varietatibus, quas annotare pretium operæ non erat. Recapse autem a Manuele imp. scripta fuit ante primam Theoriani cum Nersete disputationem; sed quia æque prodest illustrandæ secundæ, ideo eam codicis scriptor utriusque præposuit. Erat autem hactenus incedita

hæc epistola; etenim Leunclavius qui primam edidit disputationem, non nisi externam superscriptionem epistolæ habuit, ut infra dicam.

(2) Innuvit, ut puto, imperator varias ad Græcos Nerseti epistolas de suæ Ecclesiæ dogmatibus, quæ Armeniace ante hos annos sunt editæ, a nobis autem Latine quoque edendæ sunt.

κλήσις καὶ τῆ βασιλείᾳ μου. Καὶ δύναται ἡ ὑμέτερα ἄσπαστος πίστις εἶναι παρ' αὐτῶν λαληθησομένοις· καλῶς γινώσκουσα, ὡς ἐὰν οὕτω ποιῆσαι θελήσῃτε, καὶ τῆς ὀρθοδόξου Χριστιανῶν μερίδος γενέσθαι καὶ τάξις, πρῶτα μὲν τῆ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία τὴν σωτηρίαν τῶν ψυχῶν ὑμῶν προχειροτάτην καὶ ἔτοιμον εὐρήσατε· οὐ τί γένοιτο ἂν τοῖς ὀρθῶς φρονούσι κρείττον καὶ τιμιώτερον; εἴθ' οὕτως καὶ τῆ χάριτος; τῆς βασιλείας μου πολλαπλῆς εὐμοιρῆσαι ὑμῖν γινήσεται ἐφ' οἷς ἂν αὐτῆς δεηθῆτε. Καλῶς ἔχε. Τῷ μηνὶ Νοεμβρίῳ Ἰνδικτιῶνος τρίτης, δι' ἔρυθρῶν γραμμῶν τῆς βασιλικῆς χειρός. — Ἡ ἐπιγραφή· Βασιλικὸν εἰς τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαδέστατον Καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων (1).

ΔΙΑΛΕΞΙΣ.

Ἐν εἰσι ἀπόκλισεως κόσμου ἔσχον, εἰσι δὲ εἰκοστῷ ὄρθῳ τῆς αὐτοκρατορίας τοῦ ἐν βασιλεύσειν εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου, καὶ θεοσεβέτου κυροῦ Μανουήλ, τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ Κομνηνοῦ, Ἰνδικτιῶνος τρίτης, κατὰ τὴν δεκάτην πέμπτην τοῦ Μαίου μηνός· καταλάβομεν σὺν Θεῷ τῶν Ῥωμαίων κυλά· καὶ χαιρετίσαντες τὸν καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων, κύριον Νορσέσι, ἐκ τοῦ μέρους τοῦ κραταίου καὶ ἀγίου ἡμῶν βασιλέως, δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν βασιλικὸν θεῖον γράμμα, ἀναδιόξαντες αὐτὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν θέλημα, ὃ πρὸς αὐτὸν κέκτηται ὁ κραταῖος καὶ ἀγιος ἡμῶν βασιλεὺς· καὶ οἱ δι' ἐφέσεως ἔχον πλειότερη τὴν αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐπ' αὐτὸν, πρὸς τὴν ἀγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν Ἰννοσίου, ἐξασπίσειεν ἡμᾶς τοὺς ἐλαχίστους δούλους αὐτοῦ, διὰ τοσοῦτου μακροῦ διαστήματος, καὶ οὕτως ἀκλήρως ὁδοῦ, πρὸς τὴν μεγάλην ἀγιοσύνην σου. Τούτων κατήκοος γεγονῶς ὁ καθολικός, ἔφη πρὸς ἡμᾶς·

Ἐχαριστοῦμεν τῷ βασιλεὶ τῷ ἀγίῳ, ὅτι προνοεῖται καὶ ἡμῶν, τῶν ἐλαχίστων εὐχετῶν τῆς ἀγίας αὐτοῦ βασιλείας· καὶ ὅτι τῆς οἰκουμένης ἀπάσης ἔχον τὰς φροντίδας, εὐδὲ ἡμῶν ἐπιλάθετο.

Τῆ ἐκαύριον μετακαλεσάμενος ἡμᾶς, εἶπεν ἡμῖν· Ἀνεγνοῦς τὸ πρὸς ἐμὲ βασιλικὸν καὶ θεῖον γράμμα τοῦ θεοπροδλήτου, καὶ θεοσεβεστάτου βασιλέως, ἀνέμαθον τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀγίας τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, ὅτι ἐὰν θελήσωμεν διορθώσασθαι τὰ περὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν σφάλματα ἡμῶν, ἐτόιμος ἔχει ὁ εὖς ἅγιος βασιλεὺς, καὶ ἡ ἀγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, παραδέξασθαι ἡμᾶς, ὡς ἀδελφούς. Βουλόμεθα οὖν ἀναδιδαχθῆναι, τίνα εἰσιν, ὃ ἡμεῖς εἰς τὴν πίστιν παρασφαλλόμεθα· καὶ εἰ ἐλεγχθῶμεν κανονικῶς μετὰ γραφικῶν ἀποδείξεων καὶ εὐλόγως, προθύμως δεξίμεθα τὴν διόρθωσιν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Παρακαλῶ τὴν μεγάλην ἀγιοσύνην σου, ἐξέσθαι τὸν ἡμέτερον λόγον μετὰ τῆς ἐμφύτου

(1) Hæc superscriptio, βασιλικὸν, etc., legitur etiam in initio disputationis prioris in editione Leunclavii et sequentibus. Cur id, inquam? Quia Leunclavii codex acephalus erat, ita ut ei decisset Manuclis epistola, cujus hæc tantummodo extremitas (quæ est superscriptio) superfuerat. Leunclavius autem, de-

sapientia vestra fidem verbis adhibere, quæ prædicti homines apud vos facient. Certe hoc vobis persuasum esse cupio, quod nempe si ita egeritis, atque orthodoxis Christianorum partibus classique accesseritis, primum quidem miserante Deo salutem animarum vestrarum tute ac facile nanciscemini, (qua quidam recte sentientibus melius pretiosiusve accidere potest?) deinde meæ quoque majestatis gratiam plurimam ad omnia quæ postulabitis consequemini. Vale. Mense Novembri, indictione tertia. Scripta rubris litteris manu regia. Superscriptio: Regia epistola ad reverentissimum summæque colendum Generalem Armeniorum.

DISPUTATIO.

Anno ab orbe condito 6678 (2), imperii piissimi et Christiani, et divinitus coronati domini Manuclis, in porphyra nati, Comneni, vicesimo octavo; indictione tertia, die 15 mensis Maii, adjuvante nos Deo, limites Romanorum attingimus. Cumque generali Armeniorum, domino Norsesi, præpotentis et sancti imperatoris nostri nomine salutem dixissemus: datas ad ipsam imperatorias sacras litteras ei reddidimus, exposita simul benigna voluntate, quam erga ipsam præpotens et sanctus imperator noster gereret; et quod maximo desiderio tam ipsius quam subditorum ejus unionem cum sancta universali et apostolica Ecclesia expetens, nos minimos serros suos tam longe locorum ex intervallo, et adeo duro itinere, ad insiguem ipsius sanctitatem ablegasset. Ea cum generalis audisset, hæc ad nos locutus est:

Agimus imperatori sancto gratias, quod et nostri curam gerat, minimorum ex his qui pro sancto ipsius imperio preces fundunt; et quod orbis universi curas sustinens, nostri quoque non sit oblitus.

Postridie nobis arcessita, dixit: Posteaquam datas ad me imperatorias et sacras ordinati coronatique divinitus, et piissimi imperatoris litteras perlegi; tam ipsius quam sanctæ Romanorum Ecclesiæ voluntatem perspexi: quod videlicet, si nostros circa finem orthodoxam errores corrigere velimus paratus sit et sanctus imperator, et sancta generalis ac apostolica Ecclesia, nos tanquam fratres recipere. Volumus ergo doceri, quænam illa sint, in quibus nos adversus fidem aberremus: ac si quidem ex instituto canonum per sacrarum litterarum, et consentaneas demonstrationes convicti fuerimus, emendationem illam alacriter acceptabimus.

THEORIANUS. Obsecro eximiam illam sanctitatem tuam, ut orationem nostram cum insita sibi

sectu non agnito, rem ridiculam fecit, dum hanc extremam lacunam quasi titulum editionis suæ posuit, cum reapse epistola regia apud eum nulla sit.

(2) Christi 1170.

mansuetudine excipiat; nec graves ac molestas sibi nostras interrogationes ducat. Est autem constitutum inter nos, velut ex stipulatu et promisso partis utriusque, ut si quid audiverimus, quod adversari recte sententiæ videatur; non continuo pronuntiemus, id hæreticum esse: sed diligenter interrogemus, ac erudiamur de vocis cuiusque significato, et illius mente, qui ea sit usus. Cavendum quoque nobis a ruditate interpretis, qui non solum grammaticam non novit, sed ne solutam quidem orationem Græcam recte tenet: ne ipsius ignorantia vel lapsus nobis imputetur.

GEN. Recte ais: ita fiat.

THEOR. Misit epistolam ad præpotentem et sanctum Imperatorem eximia sanctitas tua, qua de quibusdam fidei capitibus, et consuetudinibus ecclesiasticis, tractat. Itaque sanctitatem tuam eximiam interrogo, itane sentiat, ut in ea perscriptum est; an aliquid eorum, quæ in illa perscripta sunt, nullius momenti ducat?

GEN. Ita tum sentiebam, et ita sentio, sicut in ea perscripsi.

THEOR. Quas synodos recipis?

GEN. Nicenam sanctorum 318 Patrum: Constantinopolitanam, sanctorum et instinctu divino gubernatorum 150 Patrum; et Ephesinam, sanctorum 200 Patrum, in qua Nestorius ab officio remotus fuit.

THEOR. Quorum doctorum scripta et doctrinas approbas?

GEN. Magni illius Athanasii, sancti Gregorii Theologi, Basilii Magni, sancti Gregorii Nysseni, sancti Joannis Chrysostomi, sancti Ephræmi, sancti Cyrilli Alexandrini antistitis, et multorum aliorum.

THEOR. Ergo lectionem epistolæ tuæ inchoamus, et capitum in ea comprehensorum mentem fraternè consideremus; an prædictos divos Patres et sanctas synodos sequatur.

GEN. Recte dicis; ita fiat.

Tum perlegentes, ad eum locum venimus, ubi scriptum erat: Dicimus in Christo naturam unam esse, non secundum Eutychem confundentes; nec secundum Apollinarianum detrahentes: sed secundum Alexandrinum antistitem Cyrillum, in orthodoxia, quæ in libro contra Nestorium scripsit, unam esse naturam Sermonis incarnatam.

THEOR. Sanctus Cyrillus non dixit unam in Christo naturam nec unam Christi naturam; sed unam naturam Sermonis; ac deinde subjicit, incarnatam. Tua vero sanctitas nescio quo pacto incogitantè et libere naturam unam in Christo dixit. Ac miror equidem, cur vocem a sancto viro positam mutare sit ausa.

GEN. Non mutavi. Nam idem significat natura Christi, et natura Sermonis incarnata.

THEOR. Non idem significat, absit! nam Christi nomen, utrumque conjunctum significat, Deum simul et hominem: propterea dicimus, Sermo caro

αὐτῆ πραότητος, καὶ μὴ φορτικὰς ἡγεσθαι τὰς ἐρωτήσεις ἡμῶν. Ἔστω δὲ ἡμῖν ὡς ἐξ ἐπιρωτήσεως καὶ ὁμολογίας ἀμφοτέρων, ὅταν ἀκούσωμέν τι οὐκ ὀρθῆς εἶναι ἐννοίας εἶναι δοκοῦν, μὴ εὐθὺς ἀποφαινεσθαι, ὅτι τοῦτο αἰρετικόν ἐστιν, ἀλλ' ἐρωτῶν ἐπιμελῶς, καὶ διδάσκεισθαι τὴν σημασίαν τῆς λέξεως, καὶ τὸν νοῦν τοῦ χρωμένου αὐτῇ. Παραφυλάττεσθαι δὲ δεῖ ἡμᾶς; καὶ τὴν ἀγροικίαν τοῦ ἐρμηνεύει, ὅς οὐ μόνον ὅτι γραμματικὴν οὐκ οἶδεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν Ἑλληνίδα περὶ τὴν διάλεκτον καλῶς ἐξεπίσταται· μὴ πως τὸ ἐκείνου ἀγνόημα, ἢ ὀλισθημα, ἡμέτερον λογισθῆ.

Ὁ ΚΑΘ. Εὖ λέγεις· οὕτω γενέσθω.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀπίστευτον ἡ μεγάλη ἀγιωσύνη σου πρὸς τὸν κραταῖον καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα ἐπιστολήν. ἢ διαλαμβάνει περὶ τινων κεφαλαίων τῆς πίστεως καὶ ἡθῶν ἐκκλησιαστικῶν. Ἐρωτῶ οὖν τὴν μεγάλην ἀγιωσύνην σου, εἰ οὕτω φρονεῖ, ὡς ἐν αὐτῇ γέγραπται, ἡ τι τῶν ἐν αὐτῇ γεγραμμένων ἀθετεῖ.

Ὁ ΚΑΘ. Οὕτως ἐφρόνουν, καὶ οὕτω φρονῶ, ὡς ἐν αὐτῇ ἔγραψα.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ποίας συνόδους δέχη;

Ὁ ΚΑΘ. Τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τῆ' ἁγίων Πατέρων: καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρ' ἁγίων θεοφύρων Πατέρων: καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ σ' ἁγίων Πατέρων, ἐν ἣ Νεστόριος καθηρέθη.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ποίων διδασκάλων στέργεις τὰς γραφὰς; καὶ διδασκαλίας;

Ὁ ΚΑΘ. Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, τοῦ μεγάλου Βασιλείου, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, τοῦ ἁγίου Ἐφραίμ, τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλων πολλῶν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀρξίμεθα λοιπὸν τῆς ἀναγνώσεως τῆς σῆς ἐπιστολῆς, καὶ σκεψόμεθα ἀδελφικῶς τῶν ἐν αὐτῇ κεφαλαίων τὸν νοῦν, εἰ τοῖς προρρήθεισι θείας Πατρᾶτι, καὶ ταῖς ἁγίαις συνόδοις ἔπεται.

Ὁ ΚΑΘ. Εὖ λέγεις· οὕτω γενέσθω.

Καὶ ἀναγνόντες, ἠθρομεν εἰς τὸν τόπον, ὃ ἦν γεγραμμένον· Λέγομεν μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστὸν, οὐ κατὰ τὸν Εὐτυχία συγχέοντες, οὔτε κατὰ τὸν Ἀποινάριον ἐλαττοῦντες, ἀλλὰ κατὰ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐν ὀρθοδοξίᾳ, ὅτινα ἔγραψεν ἐν τῇ βίβλῳ αὐτοῦ κατὰ Νεστορίου, ὅτι μία ἐστὶν ἡ φύσις τοῦ Λόγου σαρκαωμένη.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὁ ἅγιος Κύριλλος οὐκ εἶπε μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστὸν, οὔτε μίαν φύσιν τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Λόγου, καὶ τότε ἐπήγαγε, τὸ σαρκωμένην. Ἢ δὲ ἀγιωσύνη σου οὐκ οἶδ' ὅπως ἀπεριμερίμω; καὶ ἀδεῶς εἶπε μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστόν. Καὶ θαυμάζω, πῶς ἐτόλμησεν ἐναλλαχῆν ποιῆσαι τῆς παρὰ τῷ ἁγίῳ τεθείσης λέξεως.

Ὁ ΚΑΘ. Οὐκ ἤλλαξα. Ταῦτ' ἐν γὰρ σημαίνει φύσις Χριστοῦ καὶ φύσις τοῦ Λόγου σαρκαωμένη.

Ὁ ΘΕΩΡ. Οὐ σημαίνει ταῦτόν· μὴ γένοιτο! τὸ γὰρ Χριστὸς ἔνομα, κυρίως τὸ συναμφοτέρον δηλοῖ, Θεοῦ ὄνομα καὶ ἀνθρώπου· διὸ, Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο,

λέγομεν · ὁ Χριστὸς δὲ σὰρξ ἐγένετο, οὐ λέγομεν. Ἀλλ' ἄλλοι δὲ καὶ ἐκ τοῦ μὲν ἄνω τῶν ἁγίων εἰπαὶ μίαν φύσιν τοῦ Χριστοῦ. Μίαν δὲ φύσιν τοῦ Λόγου, ὅτε ἅγιος Κύριλλος, καὶ πρὸ αὐτοῦ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος εἶπεν. Ὅταν γὰρ λέγωμεν μίαν φύσιν τοῦ Λόγου, τὴν θεϊαν φύσιν σημαίνει τοῦ Υἱοῦ· ὅταν δὲ προσθῶμεν τὸ, σαρκωμένην, καθὼς ὁ ἅγιος Κύριλλος πρὸς Σούκνεσον ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ· σύμπαρξ ὁ Λόγος τῆς μετὰ σαρκὸς οικονομίας ἐσφάρεται.

Ὁ ΚΑΘ. Καὶ τίς τῶν ἁγίων μετὰ τὴν ἔνωσιν τοῦτο διαβρήθη εἶπεν;

Ὁ ΘΕΩΡ. Πάντες, ὧν ἄνω τὰ ὀνόματα ἀπηριθήσασιν.

Ὁ ΚΑΘ. Ἀπίθον ἡμῖν ἓνα τοῦτων, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν ὃ γὰρ εἰς τῶν ἁγίων λέγεται, πάντες λέγουσιν, ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ Θεοῦ Πνεύματος ἐμπνεόμενοι.

Ὁ ΘΕΩΡ. Οὐχ ἓνα μόνον, ἀλλὰ σὺν Θεῷ πάντας, ὡς ἄνω ὀνομαστὶ εἶρηκας. Μόνον μὴ ἐκκακήσης ἀκούων, καὶ πάντων παραγάγῃ τὰς μαρτυρίας.

Ὁ ΚΑΘ. Διὰ τοῦτο συνηθροσθημεν, ἵνα τὸ ἀληθὲς εὐρωμεν· καὶ ὅθι ἡμεῖς ἐκκακεῖν ἐν τοῖς τοιαῖτοις.

Ὁ ΘΕΩΡ. Πρὸ τῆς τῶν χρήσεων παρεμπορίας, ἀναγκασθὲν εἶπαι εἰπεῖν, τί ἐστὶν οὐσία, καὶ τί ἐστὶ φύσις, τί τὰ ὑπόστασις, καὶ τί πρόσωπον. Διὰ τοῦτο ἔρωτῶ, πῶς ταῦτα ἐκδέχη; ὡς ὁ ἔξω, ἢ ὡς αἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι διωρίσαντο;

Ὁ ΚΑΘ. Ἡμεῖς καὶ τῶν ἀμφοτέρων τοὺς ὀρισμοὺς τοὺς περὶ τῶν προκειμένων γινώσκουμεν, καὶ πρὸς τὸ εὐθὺ τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἐπιστημονικῶς ἀπευθύνουμεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐγὼ πλείστην ἐν τοῦτοις διαφορὰν τὴν ἔξω πρὸς τοὺς διδασκάλους τῆς Ἐκκλησίας ἔρω. Οἱ γὰρ ἔξω σοφοὶ τὸ ἄτομον, ἦτοι τὴν ὑπὸστασιν, καὶ τὸ ἐν τῷ ἀριθμῷ, οὐσίαν ὀρίζονται· ὅπερ οἱ θεοὶ Πατέρες οὐ παραδέχονται. Οὐσίαν γὰρ οἱ θεοφόροι Πατέρες καὶ φύσιν τὰ καθόλου λέγουσιν, ἅτινα οἱ ἔξω εἶδος ὀνόμασαν. Διὸ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος μίαν φύσιν καὶ μίαν οὐσίαν ἐδογματίσαν, ὑποστάσεις δὲ τρεῖς· ὡς τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας πολλὰς ὑποστάσεις περιεχοῦσης· ἀμέλει καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις μία οὐσα, ἀπέλους ἔχει τὰς ὑποστάσεις, ὡς ὁ Πέτρον, καὶ Παῦλον, καὶ πάντας τοὺς κατὰ μέρος ἀνθρώπους. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ ἄτομον καὶ τὸ ἐν τῷ ἀριθμῷ, ἦτοι τὴν ὑπόστασιν, κυρίως οὐσίαν ὀρίσαστο, οὕτως φάσκων· Οὐσία δὲ ἐστὶν ἡ κυριωτάτη, καὶ πρώτη, καὶ μάλιστα λεγομένη, ἢ μήτε καθ' ὀποκειμένου τινοῦ λέγεται. μήτε ἐν ὀποκειμένῳ τινὶ ἐστὶν, ὡς ὅτις ἀνθρώπος, ἢ ὅτις ἵππος. Πῶς οὖν τοὺς θύραθεν τῆς ἡμετέρας αὐλή, καὶ τοὺς διδασκάλους ἡμῶν εἰς ἓν κατὰ τοῦτο συναγαγεῖν δυνατόν ἐστι· τοὺς μὲν τὸ καθόλου, τοὺς δὲ τὸ καθέκαστον, οὐσίαν καὶ φύσιν ὀρισμῶν;

Ὁ ΚΑΘ. Καὶ ἡμεῖς τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν

A factus est. At vero, Christus caro factus, non dicimus. Idem et inde patet, quod nemo sanctorum unam Christi naturam dicit. Unam vero naturam Sermonis, tum sanctus Cyrillus, tum sanctus Athanasius ante ipsum dicit. Quippe cum dicimus unam naturam Sermonis, divinam hoc Filii naturam significat: cum vero adjicimus, incarnatam, sicuti sanctus Cyrillus in secunda ad Successum epistola fecit; tota ratio administrationis cum carne comprehenditur.

GEN. Et quis sanctorum hominum post unionem hoc expresse dixit?

THEOR. Omnes quorum nomina supra recensuisti.

GEN. Ostende nobis unum ex eis, et satis erit: nam quod ab uno sanctorum dicitur, ab omnibus dicitur: quod omnes ab uno divino Spiritu afflati fuerint.

THEOR. Non unum duntaxat ostendam, sed universos, adjuvante Deo, quos nominatim supra commemorasti. Saltem auscultando ne defatigeris, et omnium tibi testimonia proferam.

GEN. Propterea convenimus, ut veritatem inveniamus: nec in hujusmodi negotiis defatigari debemus.

THEOR. Antequam ipsa dicta proferamus, necessarium arbitror, ut quid essentia vel substantia sit, quid natura, quid hypostasis, quid persona, dicatur. Propterea te interrogo, quomodo hæc accipias? num ut exteri scriptores, an uti doctores Ecclesiæ definiunt?

GEN. Nos amborum de vocibus hisce propositis definitiones novimus, et eas ad rectitudinem dogmatum pietatis scienter dirigimus.

THEOR. Ego plurimum in his extraneis ab Ecclesiæ doctoribus dissidere video. Nam illi eruditi homines exteri individuum, sive hypostasin, et unum numero, substantiam definiunt; quod sane divini Patres non admittunt. Quippe Patres illi gubernati divinitus, substantiam et naturam esse universalialia dicunt, quæ scriptores exteri speciem vocarunt. Quapropter in sacrosancta Trinitate naturam unam et unam substantiam, hypostases vero tres, tradiderant: natura nimirum et substantia plures hypostases continent: et hominum quidem certe natura cum una sit, infinitas habet hypostases; puta Petrum et Paulum, et homines sigillatim universos. Aristoteles autem individuum, et unum numero, sive hypostasin, proprie substantiam definit, his verbis usus: Substantia, quæ propriissime, primumque ac maxime sic dicitur, est quæ neque de subjecto quodam dicitur, nec in aliquo subjecto est, velut hic homo, vel hic equus. Quo igitur pacto fieri potest ut alieni ab ovili nostro cum doctoribus nostris hæc in parte concilientur, cum hi substantiam et naturam universale quiddam, illi singulare definiant?

GEN. Nos quoque substantiam et naturam de

universalibus acripimus, personam vero et hypo-

THEOR. Macte animo, beatissime Pater, ob hanc satisfactionem : qui et hac in parte cum sanctis Patribus consentis. Quid igitur? horumne finitiones ac declarationem exponemus, an solum hoc nobis sufficiat, quod substantia et natura quiddam universale sint; hypostasis et persona, singulare?

GEN. Si tibi molestum non erit exponere, lubens equidem audiam.

THEOR. Nihil ego meum proferam, sed quidquid ipsa nos Ecclesiae lumina docuerunt.

GEN. Idem et ipse cognoscere gestio, quid nimirum Ecclesiae doctores tradiderunt.

THEOR. Sancti Patres ita substantiam definiunt: Substantia primum et proprie est, quidquid per se subsistit, nec esse suum habet in alio. Quid autem id quod per se subsistit? quod per se est, ac non propter aliud, vel in alio suum esse habet; hoc est quod non eget alterius alicujus extra se ad hoc ut existat, quale quiddam est color, puta niger aut albus: quae per se nequeunt existere sine corpore quod ea recipiat, ac propterea colorem non dicimus esse substantiam, ipsum vero corpus, cui color inest, ad hoc coloris haud indiget, ut corpus sit. Imo mutatis coloribus, ipsum non mutatur. Nam ex albo nigrum fit, ex nigro flavum, aliunde colorem induit; ipsum vero semper id, quod est, manet. Itaque propter corpus color est, ut id colore tingat, non autem corpus propter colorem, sed ex seipso. Color itidem in corpore suum esse habet, corpus autem non in colore, sed in seipso existit. Eam ob rem corpus substantiam vocamus, cum per seipsum subsistat, et in seipso, non in alio suum esse habeat. Quidquid ergo per se subsistit, et in seipso, non in alio existit, est substantia. Sunt autem haec vel ex materie, vel expertia materie. Materialia sunt, terra, aqua, aer, ignis: et res ex his compositae, lapis, arbor, corpus animatum. Expertia materie, anima ratione praedita, angelus. Haec igitur, uti modo aiebam, substantia dicuntur. Quippe Deus ultrasubstantialis est, supra omnem positus essentialis, et si quid his etiam ulterius. Atque hoc modo jam cognitum habemus, quid substantia sit. Natura vero, est horum cujusque, jam recensitorum, motus et quietis principium, quatenus in ipsis primis existit, non secundum accidens. Verbi gratia, terra quidem movetur, quatenus germina producit, et fetus, omninoque alteratur quatenus secundum haec ipsa in id mutatur, sed eadem quiescit, quod ad transitionem de loco ad locum attinet, omnino immobilis et itineris experta. Itaque motus et quietis hujusmodi principium, quod terrae substantialiter inest, nec ex causa quadam accessit, naturam vocamus. Ipsum vero naturae nomen ab nascendo factum est, id est ab existendo. Quo fit, ut substantiae naturaeque nomen idem significet:

A ἐπὶ τῶν καθόλου λαμβάνομεν, τὸ δὲ πρόσωπον καὶ τὴν ὑπόστασιν, ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος.

Ο ΘΕΩΡ. Εὐγέ σοι τῆς ἀπολογίας, μακαροῦτατε Πάτερ· σύμφρων γὰν τούτῳ τοῖς ἀγίοις Πατέρασι συγγάνεις. Τί οὖν; τοῦτῳ εἰπώμεν τοὺς ἄλλους καὶ τὴν ἐρμησίαν; ἢ τοῦτῳ μόνῳ ἀρκούμεθα, ὅτι ἡ οὐσία καὶ ἡ φύσις καθόλου ἐστίν· ἢ δὲ ὑπόστασις καὶ τὸ πρόσωπον, καθέκαστον;

Ο ΚΑΘ. Εἰ σοι φορτικόν οὐκ ἐστὶ λέγειν, ἐγὼ ἡδέως ἀκούσομαι.

Ο ΘΕΩΡ. Ἐγὼ ἐμὸν μὲν οὐδὲν ἱρῶ, ἀλλ' ὅπερ οἱ τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες ἡμᾶς ἐξεπαίδευσαν.

Ο ΚΑΘ. Κἀγὼ τοῦτο ἐπιθυμῶ μαθεῖν, τί ἐστίν, ὅπερ οἱ τῆς Ἐκκλησίας εἶπον διδάσκαλοι.

Ο ΘΕΩΡ. Οἱ ἄγιοι Πατέρες τὴν οὐσίαν οὕτως ὠρίσαντο. Οὐσία ἐστὶ πρώτως τε καὶ κυρίως, πᾶν ὅτιπερ αὐθυπόστατον ὑπάρχει, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. Τί δὲ ἐστὶν αὐθυπόστατον; ὁ καθ' ἑαυτὸ ἐστὶ, καὶ οὐ δι' ἄλλο, ὅτε ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι· τοῦτέστιν, ὁ μὴ χρῆζει τινὸς ἄλλου ἕξωθεν αὐτοῦ εἰς τὸ ὑπάρχειν· ὁ γὰρ τί λέγω τὸ χρῶμα, τοῦτέστι τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν· καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ δύνανται καθ' ἑαυτὰ εἶναι, χωρὶς σώματος τοῦ δεχομένου αὐτὰ· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ οὐσίαν λέγομεν εἶναι τὸ χρῶμα. Τὸ δὲ σῶμα αὐτὸ, ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ χρῶμα, οὐ δέεται τοῦ χρώματος, εἰς τὸ εἶναι σῶμα· ἀμέλει καὶ τῶν χρωμάτων ἀλλασσομένων, αὐτὸ οὐκ ἀλλάσσεται· καὶ γὰρ ἐκ λευκοῦ γίνεται μέλαν, καὶ ἐκ μελανοῦ ξανθόν, ἢ ἕτερον χρῶμα μεταμειζέται· αὐτὸ δὲ μένει, ὅπερ ἐστίν, αἰεὶ. Ἔστιν οὖν τὸ μὲν χρῶμα διὰ τὸ σῶμα ἵνα χρώσῃ αὐτό· τὸ δὲ σῶμα οὐ διὰ τὸ χρῶμα, ἀλλὰ δι' ἑαυτό· καὶ τὸ μὲν χρῶμα ἐν τῷ σώματι ἔχει τὸ εἶναι· τὸ δὲ σῶμα οὐκ ἐν τῷ χρώματι, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ εἶναι. Διὰ τοῦτο οὖν τὸ σῶμα οὐσίαν καλοῦμεν, ἐπειδὴ αὐθυπόστατον ἐστὶ, καὶ ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. Οὐκοῦν πᾶν ὅτιπερ αὐθυπόστατον τε ὑπάρχει, καὶ ἐν ἑαυτῷ, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ὑπάρχει, οὐσία. Ἔστι δὲ ταῦτα ἢ ὕλικα, ἢ ἀψυχα, ὕλικα μὲν, γῆ, ὕδωρ, ἀήρ, πῦρ, καὶ τὰ ἐκ τούτων συνθέντα, λίθος, φωτὸν, ἐμφυχον σῶμα· ἀψυχα δὲ, ψυχὴ λογικὴ, ἀγγελος. Ταῦτα μὲν οὖν, ὡς ἔφη, οὐσία καλοῦνται. Ὁ γὰρ Θεὸς, ὑπερούσιος, ὑπερέκεινα πάσης οὐσίας, καὶ εἰ τι τούτων πορρωτέρω ὑπάρχει. Τί μὲν οὖν ἐστὶν οὐσία, ἔχομεν ἐγνωσμένον. Φύσις δὲ ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἐκάστου τῶν ἀπηριθμημένων τούτων κινήσεως τε καὶ ἡρεμίας, ἐν οἷς πρώτως αὐτοῖς ὑπάρχει, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός. Οἶόν τι λέγω· ἢ γῆ κινεῖται μὲν, κατὰ τὸ βλαστάνειν, καὶ ζωογονεῖν, καὶ τὸ ὄλον ἀλλοιοῦσθαι, κατὰ ταῦτα αὐτὰ εἰς αὐτὸ μεταβαλλομένη· ἡρεμεῖ δὲ κατὰ τὴν ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετάθεσιν, ἀκίνητος οὐσα παντελῶς καὶ ἀπόρευτος. Τὴν οὖν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης ἡρεμίας τε καὶ κινήσεως, οὐσιωδῶς τῇ γῆ ἐνυπάρχουσαν, οὐκ ἐκ τούτων δὲ αἰτίας αὐτῇ γενομένην, φύσιν καλοῦμεν. Παρήκτα δὲ αὐτὸ τὸ ἄνωμα τῆς φύσεως παρὰ τὸ πεφυκέναι, τοῦτέστιν ὑπάρχειν. Ὅστες τὸ αὐτὸ σημαίνει τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως· τὸ μὲν

παρὰ τὸ εἶναι, τὸ δὲ παρὰ τὸ πεφυκέναι. Ἀμφότερα δὲ ἐρηλοῦσι τὴν ὑπαρξιν. Οὐ μόνον δὲ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ πράγματι ταυτὸν ἐστὶν ἡ οὐσία καὶ φύσις, ἡ δὲ τι ἔγγυς. Οὐ γὰρ τὴν κίνησιν αὐτὴν καὶ τὴν ἡρεμίαν τῶν πραγμάτων φύσιν εἰρήκαμεν, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν, ταῦτα ἐστὶν τὴν αἰτίαν, καθ' ἣν οὐ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλ' οὐσιαστικῶς αἱ οὐσίαι κινούνται καὶ ἡρεμοῦσιν. Ὑπόστασις δὲ ἐστὶν πρᾶγμα ὑφεστῶς τε καὶ οὐσιωδές, ἐν ᾧ τὸ τῶν συμβεβηκότων ἀθροισμα, ὡς ἐν ἐνὶ ὑποκειμένῳ, πρᾶγματι καὶ ἐνεργεῖ ὑφεστῆκεν. Ἔστιν οὖν ἡ οὐσία αὐτὸ τὸ ὄν πρᾶγμα, ἡ δὲ ὑπόστασις καὶ αὐτὸ τὸ ὄν, καὶ τὰ τούτων, ὡς κατὰ συμβεβηκός, ἐπιθεωρούμενα. Πρόσωπον δὲ ἐστὶν, ὃ διὰ τῶν οὐσιῶν ἐνεργημάτων τε καὶ ἰδιωμάτων ἀρίθμητον καὶ περιωρισμένην τῶν ὁμοφυῶν αὐτοῦ παρέχεται τὴν ἐμφάνειαν. Οἷον Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὅτε τῷ διαβόλῳ διεκρίνετο περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος, καὶ ὅτε τὰς θείας ἐκείνης προβλήσεις ἐνέπτησε τῷ Δαυιδῷ, ἐν πρόσωπον ἀπικειμένον τῶν λοιπῶν ἀγγέλων ὅσα ἡμῖν εἰδείκνυ. Ἡ οὖν διὰ τῆς ἐνεργείας ἐγγνωμένη τινὸς ἡμῖν γνώσις· πρόσωπον τοῦτο αὐτὸ τὸ ἐνεργῶν καλεῖν ἡμᾶς ἐκδιδάσκει. Καὶ τοῦτο ἐκ τῆς κατ' εἰσθησιν γνώσεως· ἐπὶ τὴν κατ' ἔννοιαν μετήχητὸ ὄνομα. Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς καθ' ἕνασπον ἀνθρώπους ἐκ τῆς ἐπιφανομένης ἐκάστῳ ἰδέας τῶν προσώπων τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων διακρίνομεν, κατὰ τὴν ἰσβολὴν τῆς ὁράσεως· τούτου χάριν καὶ τὸ δι' οὐσιῶν ἐνεργειῶν τε καὶ ἰδιότητων τῶν ὁμοουσιῶν διαρούμενον πρόσωπον ἐκαλέσαμεν. Καὶ αὕτη μὲν ἡ τοῦ προσώπου ὑπογραφή· δοκεῖ δὲ πως ταυτὸν σημαίνειν τῇ ὑπόστασι, ἡ μικρὸν, ἡ οὐδὲν διαλλάττειν. Τούτου προεγνωσμένου ἡμῖν, ὅτι ταυτὸν ἐστὶν οὐσία τῆ φύσις, καὶ ἡ ὑπόστασις τῷ προσώπῳ, ὅσα περὶ τῆς οὐσίας λεχθήσεσθαι μέλλει, ταῦτα καὶ τῇ φύσει προσαρμοστέον, καὶ ὅσα περὶ ὑποστάσεως, ταῦτα καὶ τῷ προσώπῳ.

Ὁ ΚΑΘ. Ἐπιστημόνως οἱ Πατέρες ὥρισαντο ταῦτα, καὶ διηυκρινήμενην τὴν τούτων ἐποικήσαντο ἐρμησίαν. Πλὴν ἤθελον καὶ χρήσεις αὐτῶν, ἵνα γινώσκω, πῶς ταῦτα ἐκδέχοντα θεολογούντες, ὡς ἂν κατὰ τὸν σκοπὸν αὐτῶν καὶ ἡμεῖς ποιησώμεθα τὴν διάλεξιν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Οἱ διδάσκαλοι τῆς Ἐκκλησίας οὕτως αὐτὰ ἐκλαμβάνουσιν, ὡς εἶπεν ἡ ἀγιοσύνη σου ἀνωτέρω· τὴν μὲν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἐπὶ τῶν καθόλου, τὴν ὑπόστασιν δὲ καὶ τὸ πρόσωπον ἐπὶ τῶν καθ' ἕνασπον.

Ὁ ΚΑΘ. Αὐτὸ τοῦτο ζητῶ δειχθῆναι μοι ἐκ τῶν χρήσεων, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς Θεῷ ἀξέσθητα συζητῶν περὶ ὧν συναληθῆκαμεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Γενέσθω καὶ τοῦτο, ἐπεὶ σοι δοκεῖ· καὶ παρὶτω εἰς μέσον ὃ τῷ ὄντι φιλοσοφώτατος θεὸς Βασίλειος. Οὗτος γάρ, πρὸς Τερέντιον γράφων, τάδε φησὶ· Περὶ δὲ τοῦ θεοῦ ὅτι οὐσία καὶ ὑπόστασις οὐ ταῦτόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ, ὡς νομίζω, ἐπεσημήναντο οἱ ἀπὸ τῆς δύσεως ἀδελφοί. Τὸ στενὸν γὰρ τῆς αὐτῶν γνώσεως ὑφορώμενοι, τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παραδεδώκασι, ἵνα εἰ τις εἴη διαφορά τῆς ἰσότητος, σώζοντο αὐτῇ ἐν τῇ εὐκρινεῖ ἀσυγχύτῳ δια-

utrumque deductum a verbis paria denotantibus, et existendi significationem habentibus. Neque tantum nomine terras idem est substantia et natura, sed etiam re; aut saltem proximum quiddam. Non enim motum ipsum, et quietem rerum, naturam esse diximus: sed principium, hoc est causam secundum quam non accidentarie, sed substantialiter moventur et quiescunt substantiæ. Hypostasis autem, est res existens et substantialis, in qua congeries accidentium, tanquam in uno subjecto, re et effectu existit. Itaque substantia est ipsa res, quæ existit; hypostasis vero, tum id quod existit, tum quæ in eo veluti per accidens considerantur. At persona est, id quod per actiones et proprietates suas, manifestum et distinctum ab aliis, ejusdem naturæ consortibus, iudicium sui præbet. Veluti Michaelus archangelus, cum de corpore Mosis adversus diabolum disceptabat, et cum divina Danielli oracula pandebat, unam se nobis personam, a cæteris secretam angelis, monstrabat. Itaque cognitio alicujus, quam ex effectu consequimur, ut ejus effecti auctorem personam vocemus, docet. Atque hoc nomen a cognitione, quæ sensu fit, ad eam, quæ fit mente, translatum est. Cum enim singulos homines, per aspectabilem vultum ejusque formam, ex oculorum intuitu reliquis ab hominibus secernamus: idcirco et id, quod per actiones ac proprietates suas ab ejusdem substantiæ consortibus sejungitur, personam appellavimus. Atque hæc personæ descriptio est. Videtur autem quodam modo idem significare, quod hypostasis: aut parum, aut nihil differre. Hisce præcognitis, idem nimirum esse substantiam, quod naturam, idem hypostasin, quod personam, quæcunque de substantia dicentur, aptanda naturæ: et quæcunque de hypostasi, personæ.

GEN. Sane quam erudite Patres hæc defluerunt et perspicue declararunt. Sed equidem et auctoritates ipsorum dictarum requiro, ut quo pacto hæc de Deo pertractantes accipiant, intelligam: et nos quoque juxta scopum eorum, colloquium hoc instituamus.

THEOR. Ecclesiæ doctores hæc ita, uti sanctitas tua supra dixit, accipiunt; substantiam scilicet, ac naturam de universalibus; hypostasin et personam, de singularibus.

GEN. Hoc ipsum mihi de Patrum dictis monstrari cupio, ac deinde Deo propitio colloqui de iis incipiemus, quorum causa convenimus.

THEOR. Fiat id quoque quando sic tibi videtur: adeoque prodeat in medium doctissimus reapse divus ille Basilius. Nam ejus, ad Terentium scribentis, hæc verba sunt: Non idem esse, de Deo cum loquimur, substantiam et hypostasin: etiam ipsi, mea quidem opinione, fratres Occidentales indicarunt. Nam linguæ suæ angustiam reveriti, ipsum usque nomen lingua Græca reposuerunt, ut si quod in sensu discrimen esset, id ei perspicua

minimeque confusa vocum diversitate salvum esset. Si tamen et nobis indicanda paucis nostra est opinio, dicemus eam substantiæ rationem esse ad hypostasim, quæ rei communis est ad peculiarem. Nam quisque nostrum et communi ratione substantiæ, participes est essentiæ; et ob peculiare sibi proprietates, hic vel ille est. Sic et ibi, substantiæ quidem ratio communis intelligatur, ut bonitas, divinitas, aut si quid aliud: hypostasis vero, in proprietate paternitatis, aut facultatis sanctificantis, cernitur. Consimilia verba sunt ejusdem divini hominis, ad Amphiloichium, sanctissimæ Iconiensis Ecclesiæ tamen, scribentis: Substantia et hypostasis, inquit, ita differunt uti commune ac singulare: puta, quæ animalis est ad unum aliquem hominem ratio. Propterea substantiam divinitatis unam confitemur ut essentiæ ratio minime diversa reddatur: hypostasim vero singulare quid dicimus, ut inconfusa nobis et explicata de Patre, Filio, sanctoque Spiritu sit notio. Quippe si separatas ejusque notas non consideremus, ut paternitatem, ut filietatem, ut sanctificationem; sed de communi notione essentiæ, Deum confitemur: fieri nullo modo potest ut recte fidei ratio reddatur. Itaque necesse est, ad communem adjecto peculiari, hanc fidei normam confitendo sequi. Commune est divinitas, peculiare paternitas. Hæc conjungentes dicamus: Credo in Deum Patrem. Rursus in confessione Filii consimile fiat, et communi peculiare jungentes, dicamus: Credo in Deum Filium. Similiter et de Spiritu sancto, verbis consentaneo modo conceptis dicamus; Credo in divinum Spiritum illum sanctum: ita quidem ut ubique servemus in confessione divinitatis unitatem, ac nihilominus personarum peculiare discrimen in separatione proprietatum, quas in singulis mente intelligimus, confitemur. Qui vero substantiam et hypostasim idem esse dicunt, personas saltem diversas fateri coguntur, ac dum tres hypostases dicere recusant, Sabellii scelus non evitare deprehenduntur: qui et ipse notionem hanc plerumque confundens, personas dividere conabatur; eandem hypostasim dicens, prout usus exigeret, transformari. Cæterum si quis fortasse testimonia sancti Patris hujus, ex epistolis depropta, non satis idonea putet, adjungemus alia de ipsius expositione peculiari, quam de fide composuit, et ut ei subscriberet, Eustathium illum Armenium impulit, qui opinionis contrariæ suspicionem de se nonnullis injecerat.

Ea in expositione Basilii verba hæc sunt: Itaque par est eos aperte fateri, quod secundum ea verba credant, quæ a Patribus nostris Nicææ sunt exposita, et quidem in ea sententia, quæ integre de verbis elucet. Sunt enim, qui et in hac ipsa fide veritatis sermoni fraudem faciunt, et pro libitu suo mentem verborum in ea positorum trahunt: quando Marcellus etiam, imple convellens hypostasim Domini nostri Jesu Christi, eumque nudum Sermonem docens, præ se ferre ausus est, hinc ejus opinionis

στάσει τῶν ὀνομάτων. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐν βραχείῃ τὸ ἡμῖν δοκοῦν εἰπεῖν, ἐκείνο ἐροῦμεν, ὅτι ὃν ἔχει λόγον τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. Ἐκαστος γὰρ ἡμῶν καὶ τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τοῦ εἶναι μετέχει, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἰδιώμασιν ὁ δεῖνός ἐστι καὶ ὁ δεῖνα· οὕτω καὶ ὁ μὲν τῆς οὐσίας λόγος κοινός, ὡς ἡ ἀγαθότης, ἡ θεότης, ἢ εἰ τι ἄλλο, νοεῖται· ἡ δὲ ὑπόστασις ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς πατρότητος, ἢ τῆς ἀγιοσυκτικῆς δυνάμεως θεωρεῖται. Τὰ ὅμοια δὲ ὁ αὐτὸς θεὸς ἀνήρ πρὸς Ἀμφιλόχιον τὸν τὴν ἀγιωτάτην Ἐκκλησίαν τοῦ Ἰκονίου φωτίσαντα ἐπιστέλλον φησὶν· Οὐσία δὲ καὶ ὑπόστασις ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν, ἣν τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον, ὡς ἔχει τὸ ζῶον πρὸς τὸν δεῖνα ἄνθρωπον. Διὰ τοῦτο οὐσίαν μὲν μίαν θεότηος ὁμολογοῦμεν, ὥστε τὸν τοῦ εἶναι λόγον μὴ διαφορῶς ἀποδέσθαι, ὑπόστασιν δὲ ἰδιάζουσιν, ἵνα ἀσύγχυτος ἡμῖν καὶ τετρανωμέγη ἡ περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος ἔννοια ὑπάρχοι. Μὴ γὰρ νοούντων τοὺς ἀφωρισμένους περὶ ἕκαστον χαρακτηριστας, ὡς πατρότητα, καὶ υἰότητα, καὶ ἀγιοσύμην, ἀλλ' ἐκ τῆς κοινῆς τοῦ εἶναι ἔννοιας ὁμολογούντων θεὸν, ἀμήχανον ὄγιως τὸν λόγον τῆς πίστεως ἀποδέσθαι. Χρὴ οὖν, τῷ κοινῷ τὸ ἰδιάζον προστιθέντας, οὕτω τὴν πίστιν ὁμολογεῖν· κοινὸν ἡ θεότης, εἶον ἡ πατρότης· εἶτα συνάπτοντας λέγειν· Πιστεύω εἰς θεὸν Πατέρα· καὶ πάλιν ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ ὁμολογίᾳ παραλήσειον ποιεῖν, καὶ τῷ κοινῷ συνάπτειν τὸ ἴδιον, καὶ λέγειν· Εἰς θεὸν Υἱόν. Ὁμοίως καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατὰ τὸ ἀκούουσαν τῆς ἐκφραστῆς τὴν προφορὰν σχηματίζοντας λέγειν· Πιστεύω εἰς τὸ θεῖον Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥστε διόλου τὴν ἐνότητα σώζεσθαι ἐν τῇ τῆς θεότητος ὁμολογίᾳ; καὶ τὸ τῶν προσώπων ἰδιάζον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ ἀπορισμῷ τῶν περὶ ἕκαστον νοουμένων ἰδιωμάτων. Οἱ δὲ ταῦτ' ἐπόντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, ἀναγκάζονται πρὸς ἄλλα μόνον ὁμολογεῖν διάφορα, καὶ ἐν τῷ πραιτεῖσθαι λέγειν τρεῖς ὑποστάσεις, εὐρίσκονται μὴ φεύγοντες τὸ Σαβαλλίου κενόν, ὅς, καὶ αὐτὸς πολλοῦ συγγέων τὴν ἔννοιαν, ἐνεχέει διαιρεῖν τὰ πρόσωπα, τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν λέγων πρὸς τὴν ἐκάστοτε παραυγχανοῦσαν χρεῖαν μετασχηματίζεσθαι. Εἰ δὲ τις τυχὸν μὴ νομίζῃ ἀξιοχρόνος εἶναι τὰς ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ παναγίου τοῦδε Πατρὸς μαρτυρίας, παραθησόμεθα καὶ ἐξ ἰδεῖας ἐθέσεως, ἣν περὶ πίστεως ἐποίησατο, παρασκευάσας τὸν Ἀρμένιον Εὐστάθιον ὑπογράψαι, ὑπόνοιαν τισι παρασχόμενον δόξης ἐναντίας.

Ἐν ἧ ἐκδόσει λέγει ταῦτα· Προσῆκει τοίνυν ἐναργῶς ὁμολογεῖν, ὅτι πιστεύουσι κατὰ τὰ ῥήματα, τὰ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων Πατέρων ἐκτεθέντα ἐν τῇ Νικαίᾳ, κατὰ τὴν ὄγιως ἀπὸ τῶν ῥημάτων ἐμφορμῆν διάνοιαν. Εἰσὶ γὰρ τινες, οἱ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πίστει δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, πρὸς τὸ ἐαυτῶν βούλημα τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων ἔκοντες· ἔπου γε καὶ Μάρκελλος ἐτόλμησεν ἀσεβῶς τὴν ὑπόστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ψιλὸν αὐτὸν ἐξηγουμένους λόγον, ἐκείθεν κρημασι-

ζεσθαι τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τοῦ ὁμοουσίου τὴν δι-
 νοίαν κατὰ τὴν ἐξηγουμένους. Καὶ τινες τῶν ἀπὸ τῆς
 ὁμοουσίας τοῦ (τῆς δυσσεβείας τοῦ), Αἰβίου Σαβελ-
 λίου, ὑποστάσιν καὶ οὐσίαν ταυτέν εἶναι ὑπολαμ-
 βάνοντες, ἐκείθεν ἔλκουσι τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν
 κατασκευὴν τῆς αὐτῶν βλασφημίας, ἐκ τοῦ ἄγγε-
 λῆσαι τῇ πίστει, οὐκ ἔάν τις λέγῃ ἐξ ἑτέρας οὐ-
 σίας ἢ ὑποστάσεως τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἀνα-
 θεματίζει ἢ ἀγία καθολικὴ Ἐκκλησία. Οὐ γὰρ ταύ-
 τὸν εἶπον ἐκεῖ οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. Εἰ γὰρ μίαν
 καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουσαν ἔνοιαν αἱ φωναί, τίς χρεια
 ἢ ἑκατέρων; Ἀλλὰ δῆλον, ὡς τῶν μὲν ἀρνούμενων
 τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς, ἄλλων δὲ λεγόν-
 των ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως. Ὅστε ἐκεῖνο μὲν
 κείνη ἐκ' ἀειρείου τοῦ πονηροῦ φρονήματος, τοῦτο
 δὲ φανέρωσιν ἔχει τοῦ σωτηρίου λόγου. Εἰ δὲ εἴ-
 καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁγίων μαρτυρίας παρασχέσθαι,
 ἰδέτω ὁ πολλὸς τὰ θεῖα Γρηγόριος [Ναζιανζηνός], ὃς
 ἐν τῷ πρώτῳ *Περὶ θεολογίας* συντάγματι ἐπι λέ-
 ξει τὰς φωνάς· Μεσότητά δὲν εἶπω, τὴν ἀληθεῖαν
 λέγω, πρὸς τὴν βλέπειν καλῶς ἔχει μόνον, καὶ τὴν
 φαῖλαν συναίρεσιν παραιτούμενους, καὶ τὴν ἀποπω-
 εῖραν διαιρέσιν, ὥστε μὴ εἰς μίαν ὑπόστασιν συν-
 αιρέθοντα τὸν λόγον δεῖν καλυθεῖας, ψιλὰ ἡμῖν κα-
 ταλείπειν τὰ δνόματα, τὸν αὐτὸν Πατέρα, καὶ Υἱὸν,
 καὶ ἔγιον Πνεῦμα ὑπολαμβάνουσι. Καὶ μετ' ὄλιγον·
 Ἐκείνη χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς,
 ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, ἵησον τρία πρόσωπα, ἐκεί-
 στον μετὰ τοῦ ιδιώματος. Τηροῖτο δ' ἄν, ὡς ὁ ἐμὸς
 λόγος, εἰς μὲν Θεὸς, εἰς ἕνα αἰτίον καὶ Υἱοῦ καὶ
 Πνεύματος ἀναφερομένου, οὐδὲ συντιθεμένου, οὐδὲ
 συναλειφομένου· καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταυτὸ τῆς θεό-
 τητος, ἐν' οὕτως ὀνομάσω, κίνημά τε καὶ βούλημα,
 καὶ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα· αἱ δὲ τρεῖς ὑποστά-
 σεις, μηδεμίαν ἐπινοουμένης συναλοιφῆς, ἢ ἀναλύ-
 σεως, ἢ συγχύσεως. Ἴνα μὴ τὸ πᾶν καταλυθῇ δι'
 ὧν τὸ ἓν σεμνύεται πλέον ἢ καλῶς ἔχει. Ἀλλὰ καὶ
 ἐν τῷ συντακτικῷ λόγῳ ὁ μέγας οὗτος καὶ θεῖος
 ἀνὴρ· Πιστεύομεν, φησὶν, εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν,
 καὶ ἔγιον Πνεῦμα, ὁμοουσίᾳ τε καὶ ὁμόδοξα, ἐν οἷς
 καὶ τὸ βάπτισμα τελείωσιν ἔχει, ἐν τε ὀνόμασι καὶ
 πράγμασιν (οἷδας, ὁ μνηθεῖς) ἀρνησὶς ὅν ἀθεῖας, καὶ
 ὁμολογία θεότητος· καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ
 μὲν ἐν τῇ οὐσίᾳ γινώσκοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς
 προσκυνήσεως· τὰ δὲ τρία, ταῖς ὑποστάσεσιν, ἢ
 ὄν προσώποις, ὅτι οἱ φίλον. Μὴ δὲ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα
 συνομαχοῦντες; ἀχρημονετικῶσαν, ὡς περ ἐν ὀνόμασι
 κινεμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ ἐν πράγ-
 μασι. Τί γὰρ φατε, οἱ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις εἰσφέ-
 ροντες; Μὴ τρεῖς οὐσίας ὑπολαμβάνοντες, τοῦτο
 λέγετε; Μέγα οἶδα ὅτι βοήσατε κατὰ τῶν οὕτως
 ἐπιληφόντων· μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τῶν τριῶν
 ὀνοματίζετε. Τί δὲ οἱ τὰ πρόσωπα; Μὴ ἐν οἷον τι
 σύνθετον ἀναπλάσσετε, καὶ τριπρόσωπον, ἢ ἀνθρω-
 πόμορον ὄλω; ἀπαγε! καὶ ὑμεῖς ἀντιβοήσατε·
 μὴ δὲ πρόσωπον, ὅτι ποτὲ ἔστιν, ἴδιος Θεοῦ, ὅς οὕτως
 ἔχει. Τί οὖν αἱ ὑποστάσεις ἡμῖν βούλομαι, ἢ ὅμῃν
 τὰ πρόσωπα; Προσερῆσομαι τὸ, τρία εἶναι τὰ διαι-
 ρώμενα, οὐ φῶσιν, ἀλλ' ἰδίωσιν· ὑπέρευγε·

A sibi subministrata principia; male scilicet senten-
 tiam vocabuli *consuecutionalis* exponens. Idem
 illius Afri Sabellii quidam impietati adherentes,
 dum idem hypostasim et substantiam opinantur esse,
 hinc astruendæ blasphemie suæ occasiones rapiunt,
 quod in fide perscriptum sit: Si quis dicit ex alia
 esse substantia vel hypostasi Filium Dei, hunc ana-
 thematizat sancta universalis Ecclesia. Non enim
 ibi dixerunt, idem esse substantiam et hypostasim.
 Quippe si unum et idem voces hæc denotarent, quid
 opus erat utramque poni? Manifestum scilicet est
 id eam ob causam factum, quod alii Filium de
 substantia Patris esse negarent, alii de alia hypo-
 stasi esse perhiberent. Itaque positum illud est,
 ad eversionem pravæ sententiæ; hoc salubris
 doctrinæ declarationem continet. Quod si de
 alijs quoque sanctis hominibus testimonia sup-
 peditanda sunt, magnus ille divinis in rebus
 Gregorius prodeat, cujus in libro *De Theologia* i
 hæc ipsa verba sunt: Mediam cum dico, veritatem
 intelligo: ad quam solum si respiciamus, et pravam
 filiam contractionem, absurdiorumque hac etiam
 divisionem vitabimus, recte faciemus: ut non ad
 unam hypostasim oratio nostra cogatur, idque hoc
 solo metu, ne deos plures constituamus; ex quo
 fieret, ut nuda nobis nomina relinquerebantur, existi-
 mantibus Patrem, Filium et Spiritum sanctum
 eundem esse. Item paulo post: Omnino Deum
 unum retineamus necesse est, tres hypostases sive
 tres personas esse profiteamur, servata etiam
 uniuscujusque proprietate. Retinebimus autem
 Deum unum de mei quidem iudicii sententia, si et
 Filius et Spiritus ad unam causam referantur, ne-
 que tamen vel compingantur, vel commisceantur:
 tum ratione unius et ejusdem in divinitate (ut sic
 loquar) motionis voluntatisque, tum ipsius substan-
 tiæ identitatis: tres vero hypostases retinebimus,
 si nullam animi nostri commistionem, vel resolutio-
 nem, vel confusionem cogitabunt: ne dum unitatem
 amplius veneramus, quam rectum fuerit, totam
 in nihilum redigamus. Idem magnus ac divinus vir,
 in oratione, qua pacem composuit: Credimus, in-
 quit, in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum,
 ejusdem substantiæ ac majestatis, in quibus et
 baptismo sua perfectio constat, tam in nominibus
 quam in rebus (nostri hæc, quisquis ea initiatus
 es), quippe quod abjuratio est Deum negantis im-
 pietatis, divinitatisque confessio. Atque ita perfe-
 ctionem adipiscimur, unum quidem, quod ad essen-
 tiam et individuum adorationem, agnoscentes;
 tria vero, quantum ad hypostases, vel personas,
 ut quidam loqui solent. Nec enim indecore se ge-
 rant, de his qui rixantur perinde ac ad pietas nobis
 in nominibus, non in rebus consisteret. Quid enim
 dicitis, qui tres hypostases assertis? an hoc eo dicitis,
 quod tres essentias existimetis? Scio vos adver-
 sus eos, qui sic existimant, ingentem clamorem
 excitaturos. Unam enim et eandem horum trium
 essentiam statuitis. Quid vos, qui personas dicitis?

Nam unum veluti quiddam compositum fingitis, quod tres vultus aut humanam omnino formam habeat? Vos quoque reclamabitis, absit: nec Dei faciem, quæcumque tandem illa est, unquam videat, qui ita sentit. Quid ergo (nam et hoc interrogare lubet) aut nobis hypostases denotant aut vobis personæ? nimirum esse tria, quæ dividantur; non naturis, sed proprietatibus. Optime. Quo pacto magis aliqui consentiant, et idem dicant, quam cum ita sentiunt, alioqui syllabis discrepantes. Similiter et in oratione qua laudat Athanasium, Alexandrinæ lumen ecclesiæ: Cum enim, ait, una substantia, et tres hypostases a nobis pie dicerentur, quod alterum divinitatis naturam, alterum personarum trium proprietates, declaret, ac simili quidem modo ab Italis intelligerentur, verum ob linguæ illius angustiam, verborumque inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non possent, eaque de causa in illius locum personarum induxissent nomen, ne tres substantiæ admitterentur, et cætera. Itidem in oratione de *Luminibus*, inquit: Deum cum dico, uno pariter et triplici lumine perstringor; triplici quidem, quantum ad proprietates, sive hypostases, cui quidam appellare malunt, sive personas (nec enim de nominibus contendimus, quandiu syllabæ ad eandem sententiam tendunt), uno autem, quantum ad substantiæ, hoc est, divinitatis rationem. Satis, optinor, hi celeberrimi doctores de rebus modo propositis, nimirum de substantia et natura, de hypostasi et persona, nobis præscripserunt; aperteque tradiderunt, illas universalis rei significationem habere, has singularis.

GEN. Jam tempus fuerit, ut auctoritates in medium proferas, de quibus sanctorum hominum mentem perspicimus. Quippe de substantia et natura, de hypostasi et persona, consentimus; nulla penitus in re dissidentes. Nam illa prius etiam quam abs te dicerentur, intelligebamus: sed ex ore tuo lubebat audire, quænam de his vestra esset sententia. Nunc ergo dicito, quisnam sanctorum Patrum naturas duas post unionem statuerit.

Ἁ Ὁ ΘΕΩΡ. Περὶ τῶν δύο ἐνεργειῶν τοῦ Χριστοῦ οὐκ οἶμαι ὄμῃς δεῖσθαι λόγων πολλῶν εἰς ἀπόδειξιν, τοὺς ταῖς θεαῖς ἐντετραμμένους Γραφαῖς. Τὸ γὰρ πτύσαι, καὶ πληρὸν ἐκ τοῦ πτύσματος ποιῆσαι, καὶ χρίσαι τὰς κόρας τοῦ τυφλοῦ, ἀνθρωπίνῃ πάντως ἐστὶν ἐνέργεια. Πτύειν γὰρ οὐκ ἂν εἴποιμεν τὴν θεότητα, εἴπερ οὐ μαινοίμεθα. Τὸ δὲ τὴν πληρὸν εἰς ὄμμα καὶ πῶς μετασκευάσασθαι, πάντως τῇ θεότητι δώσομεν. Καὶ μυρία ἂν τις εὖροι τοιαῦτα, τοῖς θεοῖς ἐπιμελῶς ἐγκύψας λόγοις. Ἔσται δὲ σαφὲς τοῦτο καὶ διὰ παραδείγματος τῆς πεσυρακτωμένης μαχαίρας. Τέμνει γὰρ αὕτη ἐν ταυτῷ καὶ καίει. Καὶ ἐστὶν ἡ μὲν καύσις προδήλως οὐ τοῦ σιδήρου, ἀλλὰ τοῦ πυρός. Ἡ δὲ τομὴ οὐ τοῦ πυρός, ἀλλὰ τοῦ σιδήρου. Καὶ ἄλλης καὶ ἄλλης φύσεως ἐνεργεῖαι ἢ τε τομὴ καὶ ἡ καύσις. Διὰ δὲ τὴν ἔνωσιν, μὴ μόνον τοῦ πυρός εἶναι λέγομεν τὴν καύσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ σιδήρου. Καίει γὰρ ὁ σίδηρος οὗτος, φαρμέν. Σκοπήσομεν δὲ καὶ οὕτως· Ψυχῆς ἐστὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ζωοποιεῖν τὸ ἑαυτῆς σῶμα· καὶ ὄλον ἀπὸ τοῦ χωρισμοῦ. Χωριζομένης γὰρ ταύτης κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου ἀπὸ τοῦ οικείου σώματος, μένει τὸ σῶμα νεκρὸν. Ἐπεὶ οὖν ἡ θεότης αὐτοῦ οὐδέποτε οὐτε τοῦ σώματος, οὐτε τῆς ψυχῆς ἐχωρίσθη, πῶς τὴν ἐνέργειαν ταύτην τῆς ψυχῆς, τὸ ζωογονεῖν φημι, οὐκ εἶχεν ἡ θεότης αὐτοῦ; Ἄλλ' ἀχώριστος οὖσα τοῦ σώματος, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἠνωμένη αὐτῷ, οὐκ εἴα μένειν αὐτὸ νεκρὸν. Ψυχῆς γὰρ ἐνούσης τῷ σώματι, οὐδέποτε νεκρὸν ἐκεῖνο τυγχάνει ἐν. Πνεῦμα γὰρ ζωτικὸν οὖσα ἡ ψυχὴ, ζωοποιεῖ τὸ σῶμα ὡς που καὶ ὁ σοφὸς Σολομὼν περὶ τινῶν παρανόμων καὶ εἰδωλολατρῶν εἶπε· Πηλοῦ ἀτιμίτες εἰσὶν οἱ βλος αὐτῶν, διὲ ἠγνῶσαν τὸν πλάσαντα αὐτοὺς· καὶ τὸν ἐμπνεύσαντα αὐτοῖς ψυχὴν ἐνεργούσαν· καὶ ἐμφυσήσαντα αὐτοῖς πνεῦμα ζωτικόν.

Ἁ Ὁ ΚΑΘ. Ὅστις τὸ οικεῖον καταπατεῖ συνεῖδδ· καὶ μάλιστα ἐν τοῖς περὶ πίστεως λόγοις, οὐκ ἐστὶ ἀξίος καλεῖσθαι Χριστιανός. Ἐγὼ δὲ ἐμολογῶ ἐπὶ θεῷ μάρτυρι, διὲ τῆς αὐτῆς ὄμην πίστεως καὶ ἡμῶν καὶ εἰμὶ, ἐξέτου ταῖς θεαῖς ἐνέκρυφα βίβλοις ἡς καὶ αὐτὸς εἶ, καὶ οἱ παρὰ σοῦ εἰς μέσον ἀχθέντες θεοῖ: Πατέρες.

Ὁ ΘΕΩΡ. Εἰ οὕτω; ἐπίστευες, καὶ πιστεύεις, ἐνε-
κν τίνος λοιπὸν ἔγραφας ἐν τῇ ἐπιστολῇ σου,
λέγονεν μίαν φύσιν εἰς τὸν Χριστόν;

Ὁ ΚΑΘ. Ἀποβλέπων εἰς τὸ τοῦ ἀνθρώπου παρά-
δειγμα, ᾧ οἱ ἅγιοι Πατέρες ἐχρήσαντο, τοῦ ἐκ ψυ-
χῆς χωριζομένου καὶ σώματος, καὶ μία φύσις λε-
γομένη μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὰς, ἐξ ὧν συντεθῆ,
φύσεις ἀσυγχύτους καὶ ἀτρέπτους φυλάττοντος, οὐκ
ἰδόντων, ὡς πολλάκις εἶπὸν σοι, σφάλλασθαι. Ὑπ-
ελάμβανον δὲ καὶ τὸν μακάριον Κύριλλον, μίαν φύσιν
τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην λέγοντα, τοῦτο βούλεσθαι
ἐλεῖν. Ἦκουον δὲ καὶ παρὰ πολλῶν, ὅτι οἱ Ῥω-
μαῖοι δύο φύσεις χωριζομένας, ὡς ὁ Νεστόριος,
δογματίζουσι. Καὶ διὰ τοῦτο σφοδρῶς ἀντιμαχόμε-
νος τῆς μᾶς φύσεως λέξεως, καὶ κατὰ τοῦ χωρι-
ζομένης, τὸ μίαν ἀνετιθέμεθα. Κατὰ μέντοι γε
τὸν νοῦν οὕτως ἐφρόνουν, καὶ οὕτως φρονῶν, ὡς αὐ-
τὸς ἡμῖν διετράνωσας, ἐκ τῶν θείων Γραφῶν τὰς
ἀποδείξεις ποιούμενος. Νῦν οὖν εἰ ἔχεις ἄλλο κεφάλαιον,
πρόσθετα· καὶ περὶ ἐκείνου, εἰ δοκεῖ, ποιησά-
μεθα τὴν διάλεξιν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀναγνώσομεν λοιπὸν καὶ πάλιν ἐκ τῆς
τῆς ἐπιστολῆς.

Ὁ ΚΑΘ. Ἄγε.

Ὅς οὖν ἀνεγινώσκομεν, ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον, οὗ
ἦν γεγραμμένον· Ἐσκήνωσεν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς
Παρθένου ἑννέα μηνῶν χρόνον, καὶ πάντες ἡμε-
ρῶν.

Ἐπεν ὁ ΘΕΩΡ. Πόθεν ἔχεις τοῦτο, ὅτι ἑννέα μῆ-
νας; καὶ πάντες ἡμέρας ἐσκήνωσεν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς
C παρθένου Παρθένου;

Ὁ ΚΑΘ. Ἐχομεν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων,
ὅτι τὰ πρωτότοκα παιδία ποιοῦσιν ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν
ἐαυτῶν μητέρων ἐπέκεινα τῶν μῆ πρωτοτόκων,
πάντες ἡμέρας. Καὶ τοῦτο πιστοῦνται ἀπὸ τοῦ σοφοῦ
Σολομῶντος, λέγοντος περὶ αὐτοῦ· *Δεκαμηνιαίῳ*
χρόνῳ παγεῖς ἐν σώματι· τοῦτο βουλομένου δηλοῦν,
ὅτι οὐ μόνον ἑννέα μῆνας ἦν ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἐαυ-
τοῦ μητρὸς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ δεκάτου ἔλαθεν. Ὅς
πρωτότοκον οὖν ὁ Ἐμμανουὴλ, τὸν Ἰσὸν αὐτοῖς χρό-
νον ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἐαυτοῦ μητρὸς πεποίηκεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὁ Σολομῶν κατὰ τὸν ἀριθμὸν, ἀριθμῶν
τῶν Ἑβραίων, δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ εἶπε παγεῖς ἐν
σώματι· καὶ γὰρ οἱ μῆνες τῶν Ἑβραίων μικρότε-
ροί εἰσι τῶν ἡμετέρων μηνῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὴν
D σελήνην ἔχουσι μέτρον τῶν παρ' αὐτοῖς μηνῶν· τὴν
γὰρ ἀρχὴν τῆς σελήνης ἔχουσιν ἀρχὴν τοῦ μηνός·
καὶ τὸ τέλος πάλιν αὐτῆς, τέλος τοῦ μηνός αὐτῶν.
Ὁλλέποτε δὲ σελήνη ἔχει ἡμέρας λ', ἢ λ', ὡς ἔχουσι
οἱ μῆνες ἡμῶν. Κατὰ τοῦν τὸν ἀριθμὸν τῶν μηνῶν
τῶν Ἑβραίων εἶπεν ὁ Σολομῶν· *Δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ*
παγεῖς ἐν σώματι. Ὁ δὲ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ ὁ
χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς
τὴν Γέννησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν
ᾧ καὶ περὶ τοῦ, πότε δει τὴν τοῦ Σωτῆρος γέννησιν
ἐηρτάζειν, σαφῶς ἀποδείκνυσιν, οὗ ἡ ἀρχή· « Ἀπά-
λαι πατριάρχει μὲν ὠδίνον, προφῆται δὲ προύλε-

A THEOR. Si sic credebas, et nunc credis, quare
scribebas in epistola tua : Dicimus unam in Christo
naturam ?

GEN. Equidem respiciens ad illud exemplum ab
homine insumptum, quo sancti Patres usi sunt,
homine, inquam, ex anima corporeque composito,
quique post unionem esse natura dicitur una, et
naturas, ex quibus est compositus, inconfusus et
mutationis expertes retinet, minime mihi, ceu
multoties tibi jam dixi, falli videbar. Præterea pu-
tabam, beatum illum Cyrillum, cum dicit unam
naturam Sermonis incarnatam, hoc ipsum iudicare
velle. A pluribus audiebam denique, Romanos exem-
plo Nestorii duas naturas separatas statuere. Quam-
obrem unius naturæ vocem vehementer propu-
gnantes, pro *separatis* naturis, *unam* reponebamus.
Interim mente sic sentiebam, et sentio, quemadmo-
dum ipse nobis declarasti per eas demonstrationes,
B quas ex divinis Litteris contexebas. Itaque si nunc
aliud caput habes, adjicito : ut etiam de illo, si vi-
debitur, colloquamur.

THEOR. Ergo rursus ex epistola tua legere per-
gemus.

GEN. Age vero.

Cum igitur legeremus, ad eum locum venimus,
ubi scriptum erat : Habitavit in utero Virginis
novem mensium et quinque dierum spatio.

Dixit ergo THEOR. Unde, quæso, id habes, quod
novem mensibus et quinque diebus habitaverit in
castissimæ Virginis utero ?

GEN. Accipimus a doctoribus nostris, primigenia
quinque diebus in matrum suarum alvo diutius
existere quam fetus non primigenios. Atque huic
opinionem fidem concillant ex illo sapiente Solomonc,
de se ipso dicente : *Decem mensium spatio defixus*
in corpore sui ¹⁶; quibus verbis hoc indicare vult,
quod non modo novem mensibus in utero matris
suz fuerit, sed etiam decimi partem aliquam ceperit.
Noster igitur Emmanuel, tanquam fetus primigenius,
par temporis spatium in utero matris exegit.

THEOR. Solomon, Hebræorum more tempora me-
tients, decem mensium spatio se in corpore defixum
fuisse dicit. Quippe menses Hebræorum minores
sunt nostris mensibus. Nam secundum lunam menses
suos dimetiuntur, adeoque lunæ principium faciunt
mensis principium; ac vicissim lunæ finem, mensis
sui finem. Numquam vero luna dies 30 vel 31, instar
nostrorum mensium habet. Itaque juxta numerum He-
bræorum mensium Solomon dixit : *Decem mensium*
spatio defixus in corpore. Cæterum lumen illud or-
bis, Joannes Chrysostomus, in oratione de Nati-
vitate Domini nostri Jesu Christi, qua etiam
clare demonstrat, quando Natalis Servatoris ce-
lebrandus sit, cujus quidem orationis hoc est
exordium : « Quæ olim patriarchæ parturiebant,
predicebant vates, justii videre desiderabant, ca

¹⁶ Sap. vii, 7, 2.

nuac evenerant, hodieque consummata sunt. Sub
hujus igitur orationis medium Chrysostomus ait :
Cum Joannem Elizabetha sex:um jam mensem in
utero gereret, Mariæ conceptio principium habuit.
Hinc jam cognito conceptionis Mariæ principio,
novemque mensibus a conceptione numeratis :
quando peperit, sciemus. Non menses novem et
dies quinque dicit, uti tua sanctitas scripsit.

GEN. Nos orationem illam Chrysostomi non ha-
bemus. At enim hoc emendatu facillimum fuerit.
Itaque missum id faciamus, et sequentia videam-
us.

Uterius ergo legentes epistolam, ad caput de
festis pervenimus, in quo hæc erant verba : Quod
Nativitatis et Baptismi festum uno edocemus die ce-
lebramus, id recte fieri multis testimoniis docemus.
Primum omnes Ecclesiæ sic facitabant, inde usque
ab apostolis. Altera ratio, quod evangelista Lucas
id testatur. Quippe commemorat, in festo propiti-
ationis, quod est mensis Tisonis die 10, hoc est
27 Septembris : quo Zacharias pontifex templum
ingressus fuit, et suffitum fecit, et angelum
aspexit.

Ad hæc THEOR. Unde constat, ait, diem 10
mensis Tisonis esse 27 Septembris?

GEN. Ex Hebraico.

THEOR. Quiaam ex Hebraico? Atqui menses
Hebræorum nostris mensibus non respondent; nec
ipsorum mensibus nostri. Quod sane manifestum
est ex Paschate. Propter illam enim causam ali-
quando Martio mense, aliquando Aprili Pascha
celebramus : cum illud Hebraicum Pascha non
sequamur. At illi nunquam a primi apud eos mensis,
videlicet Nisanis, die 14 recedunt, quemadmodum
lex Mosaica præcepit. Quo sit ut qui primus apud
eos mensis est, nonnunquam in cum, qui apud nos
Martius dicitur, nonnunquam in Aprilem incidat.
Ideoque menses ordine cæteri necessario sequuntur
eum qui apud ipsos primus est : ac septimus ipso-
rum mensis, quo festum Propitiationis apud eos
celebratur, non semper in Septembrem nostrum
incidit; sed est necesse, nonnunquam ut anticipet,
nonnunquam accedat tardius. Undenam ergo cer-
tus es, diem 27 Septembris esse Tisonis 10?

GEN. Sic a majoribus nostris accepimus. D

THEOR. Qui accepistis? per scripturam? an citra
scripturam?

GEN. Citra scripturam.

THEOR. Ex its que dicta sunt de inæqualitate
nostrorum et Hebræorum mensium, manifestum est,
non te scire certo, an dies 10 Tisonis sit 27 Se-
ptembris. Quod cum ignores, nec Joannis concep-
tionem nosti, uti scilicet ejus mense sexto, reperire
Domini Conceptionem possis.

GEN. Equidem aliam certitudinem non habeo.
Corrigetur tamen hoc quoque, Deo propitio, si quæ
majoris momenti sunt, emendata fuerint. Nam ego

γον, δίκαιοι δὲ ἐπεθύμουν ἰδεῖν, ταῦτα ἐξέβη, καὶ
τέλος ἔλαβε σήμερον. Πρὸς τὸ μέσον οὖν τοῦ λόγου
τούτου φησὶν· Ἐξ μηνῶς ἐν γαστρὶ ἐχούσης τὸν
Ἰωάννην τῆς Ἐλισαβέτ, ἡ Μαρία ἤρξατο συλλαμ-
βάνειν. Ἐῖτα μαθόντες, πότε ἤρξατο ἡ Μαρία συλ-
λαμβάνειν, εἰσόμεθα καὶ πότε ἔτεκεν, ἐννέα μηνῶς
ἀριθμήσαντες ἐκ τῆς συλλήψεως. Οὐχὶ ἰα μηνῶς,
καὶ πέντε ἡμέρας, ὡς ἡ ἀγιωσύνη σου ἔγραψεν.

Ὁ ΚΑΘ. Ἡμεῖς τὸν λόγον τοῦτον τοῦ Χρυσοστό-
μου οὐκ ἔχομεν· πλὴν τοῦτο βῆστον διορθωθῆναι.
Ἐάσωμεν οὖν, εἰ δοκᾷ, τοῦτο, καὶ ἴδωμεν τὰ
ἐξῆς.

Ἀναγινώσκοντες οὖν τὸ ἐξῆς τῆς ἐπιστολῆς, ἤλ-
θομεν εἰ; τὸ περὶ ἑορτῶν κεφάλαιον, ἐν ᾧ εἶλεγε·
Πλὴν οὐκ ἐπὶ τὴν Γέννησιν καὶ τὸ Βάπτισμα ἐσφάκις
ἐορτάσαι, πολλὰς ἔχομεν μαρτυρίας. Πρῶτον μὲν
εἶσαι αἱ Ἐκκλησίαι οὕτως ἐώρταζον, ἀρξάμεναι
ἀπὸ τῶν ἀποστόλων. Δεύτερον δὲ λόγον, ὅτι ὁ εὐαγ-
γελιστὴς Λουκᾶς τοῦτο μαρτυρεῖ. Διηγείται γὰρ ἐν
τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἰλασμοῦ, ἧτις ἐστὶ τῷ μηνὶ Τισρὸν τῇ
δεκάτῃ, ἧτις ἐστὶ Σεπτεμβρίου κζ', ἐν ἣ ἐισήλθεν ὁ
ἀρχιερεὺς Ζαχαρίας ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἰθυμίασε, καὶ
εἶδε τὴν ὄρασιν τοῦ ἀγγέλου.

Εἶπεν ὁ ΘΕΩΡ. Πόθεν δῆλον, ὅτι ἡ δεκάτῃ τοῦ
Τισρὸν ἐστὶν ἡ κζ' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός;

Ὁ ΚΑΘ. Ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ.

Ὁ ΘΕΩΡ. Πῶς ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ; Καὶ μὴν οἱ τῶν
Ἑβραίων μηνες οὐκ ἀκολουθοῦσι τοῖς ἡμετέροις μη-
σιν, οὔτε μὴν οἱ ἡμέτεροι τοῖς ἐκείνων· καὶ δῆλον
ἐκ τοῦ Πάσχα. Αἰὰ γὰρ τοῦτο, ποτὲ μὲν μηνὶ Μαρ-
τίῳ, ποτὲ δὲ μηνὶ Ἀπριλλίῳ τὸ Πάσχα ἐορτάζομεν,
ἐπειδὴ τῷ Ἑβραϊκῷ οὐκ ἀκολουθοῦμεν Πάσχα. Ἐκεῖνοι
δὲ οὐδέ ποτε τοῦ παρ' αὐτοῖς πρώτου μηνός, ἧτοι
τοῦ Νισάν, τῆς τεσσαρεσκαίδεκάτης ἐξίστανται, καθ-
ὡς ἡ τοῦ Μωσέως νομοθεία παρακλιεύεται. Ὡστε
ὁ παρ' αὐτοῖς πρώτος μὴν, ποτὲ μὲν ἐν τῷ παρ'
ἡμῖν Μαρτίῳ λεγομένῳ μηνὶ, ποτὲ δὲ ἐν τῷ Ἀπριλ-
λίῳ ἐμπέπτει. Καὶ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης οἱ καθ' ἑξῆς
μῆνες τῷ πρώτῳ αὐτῶν ἀκολουθοῦσι· καὶ ὁ ζ' μὴν
αὐτῶν, καθ' ὃν ἡ ἑορτὴ τοῦ Ἰλασμοῦ παρ' αὐτοῖς
τελεῖται, οὐκ ἐμπέπτει· ἀεὶ τῷ παρ' ἡμῖν Σεπτεμ-
βρίῳ, ἀλλ' ἀνάγκη ποτὲ μὲν προλαμβάνειν αὐτὸν,
ποτὲ δὲ ὑστερεῖσθαι. Πόθεν οὖν ἔχεις βεβαίως, ὅτι ἡ
κζ' Σεπτεμβρίου δεκάτῃ ἐστὶ τοῦ Τισρὸν;

Ὁ ΚΑΘ. Οὕτω παρελάβομεν παρὰ τῶν προ-
ἡμῶν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Πῶς παρελάβετε; ἐγγράφως, ἢ ἀγρά-
φως;

Ὁ ΚΑΘ. Ἀγράφως.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἐκ τῶν ρηθέντων περὶ τῆς ἀνισότη-
τος τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις μηνῶν,
δῆλον ἐστὶν, ὅτι οὐκ οἶδας βεβαίως, εἰ ἐστὶν ἡ δε-
κάτῃ τοῦ Τισρὸν κζ' τοῦ Σεπτεμβρίου. Καὶ εἰ τοῦτο
ἀγνοεῖς, οὐδὲ τὴν σύλληψιν Ἰωάννου οἶδας· ἵνα
κατὰ τὸν ζ' μῆνα ταύτης τὴν σύλληψιν εὐρήσης τοῦ
Κυρίου.

Ὁ ΚΑΘ. Ἀλλὴν ἀσφάλειαν οὐκ ἔχω. Πλὴν ἡ διόρ-
θωσις τοῦτου γενήσεται· σὺν Θεῷ, εἴγε διορθωθεῖη
τὰ κατεπίωτρα. Ἐγὼ γὰρ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ Χρυ-

σοτήμου, τὸν, πότε δεῖ τὴν ἑορτὴν τοῦ Χριστοῦ ἄ
Γενήσεως ἑορτάζειν, διαγορευόντα (οὐ μνηστὴν αὐ-
τῆς ἀνωτέρω πεποιήκας), μέχρι τοῦ νῦν οὐχ ἔώρακα.
Ἄλλ' οὐδὲ ἤκουσα, ὅτι ἔστι λόγος τοῦ Χρυσοστόμου
περὶ τούτου· μάλλον δὲ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου τῆς
Κύπρου ἤκουον εἶναι λόγον περὶ τούτου· ἀλλ' οὐδὲ
ἐκεῖνον εἶδον. Λέγουσι γὰρ ὅτι ὁ θεὸς Ἐπιφάνιος,
ἦν ἐξ Ἑβραίων ὢν, ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων γραφῆς
καὶ Ἰωσήπου τοῦ χρονιγράφου ἔδραβαίσε, Δεκεμ-
βρίῳ κς' τὴν Γέννησιν ἑορτάζεσθαι τοῦ Σωτῆρος.
Τούτῳ φασὶ συμφωνεῖν καὶ τὰ; ὅπδ τοῦ Γίτου ἀπὸ
Ἱερουσαλὴμ εἰς Ῥώμην ἀχθείσας γραφάς, ἔτε
ταύτην αὐτὸς ἠχμαλιώτευσεν. Ἄλλ' οὐ πολλὸς ἐμολ-
λόγησεν περὶ τῶν ἑορτῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῆς Ἐκκλη-
σίας ἡθῶν, εἰ μόνον περὶ τῆν πίστιν ὁμοφρονή-
σωμεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Τί δὲ περὶ τῆς τοῦ Τρισαγίου ὕμνου
προσθήκης; Ἐπίσωμεν αὐτὴν ἀνεξέλεγκτον; ἐπειδὴ
ἐν ταῖς πρακτικαῖς τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς
ἐκείνης συνόδου ἐμφέρεται, ὅπως τούτων τότε οἱ
θεοφόροι Πατέρες τὸν ὕμνον ἐξύμνησαν, τῇ ἐκείνων
ὀμολογίᾳ ἀρκούμενοι; ἢ δεῖ καὶ περὶ ταύτας ἀνα-
σκευὰς εἰπεῖν, καὶ δεῖξαι, ὅτι ἡ τοῦ κναφέως προ-
σθητὴ τῆ Ἐκκλησίᾳ βδελυκτὴ ἐστὶ καὶ ἀπόδλητος;

Ὁ ΚΑΘ. Εὐ πεποιήκας ἀναμνήσας ἡμᾶς περὶ τοῦ
Τρισαγίου· εὐρίσκεις γὰρ χρήσεις τῶν μεγάλων
διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, μόνῳ δοκούσας προ-
σθεῖν τῷ Υἱῷ τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Καὶ πολλάκις
ταύτας σκοπήσας κατ' ἐμαυτὸν, ἐν ἀμυχανίᾳ κατ-
έστην πολλῇ· καὶ μοι δοκεῖ ἐκ τούτων ὀρμωμένους
τῶν χρήσεων τοὺς τὴν προσθήκην ταύτην πεποιή-
κοντας πεποιήκηναι· καὶ διδάξαι ἡμᾶς, ὅταν ἐπὶ τῆς
ἁγίας Τριάδος τὸν θεῖον ἄξιον ὕμνον, μηδεμίαν
προσθήκην ποιῶν· ὅταν δὲ ἐπὶ μόνου λέγομεν τοῦ-
τον τοῦ Υἱοῦ, προστιθέναι ποτὲ μὲν τὸ, Ὁ σταυ-
ρωθεὶς δι' ἡμᾶς· ποτὲ δ' αὖ τὸ, Ἀναστὰς· ἢ τὸ,
Ἀναληφθεὶς· πρὸς τὸν καιρὸν τοῦ μυστηρίου ἀρ-
μοδίας καὶ τῆν προσθήκην ποιούμενοι· τὸ, Θεός·
καὶ τὸ, Ἰσχυρός· καὶ τὸ, Ἀθάνατος· ἐπὶ μόνου
τοῦ δι' ἡμᾶς σταυρωθέντος, καὶ ἀναστάντος, καὶ
ἀναληφθέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐκλαμβά-
νοντες.

Ὁ ΘΕΩΡ. Λοιπὸν, ὅταν μετὰ τῆς προσθήκης τοῦ-
τον λέγητε τὸν ὕμνον, τρισάγιον καλεῖτε τὸν Υἱόν.

Ὁ ΚΑΘ. Ναί. Καὶ γὰρ οὐ μόνον τρισάγιον, ἀλλὰ
καὶ μυριάγιον ἐὰν καλῶμεν αὐτὸν, καλῶς ποιούμεν-
καθὼς ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως
καὶ Τριάδος λόγῳ φησὶν· Οὐ τρις μόνον ἅγιος, ἀλλ'
ἀόριστος καὶ ἀπειράκις ἅγιος, καὶ ὑπεράγιος.

Ὁ ΘΕΩΡ. Τὸν δὲ Πατέρα, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον,
ὡ λέγετε τρισάγιους;

Ὁ ΚΑΘ. Οὐ.

Ὁ ΘΕΩΡ. Καὶ πῶθεν ἡ ἀποκλήρωσις τοῦ τῷ Υἱῷ
μόνον προσαρμόζειν τὸν θεῖον τούτου ὕμνον, ἢ τῷ

A divi Chrysostomi orationem, qua docet, quando
Natalis Christi celebrandus sit (cujus ipse supra
mentionem fecisti), hactenus non vidi. Imo ne
quidem audivi, aliquam Chrysostomi orationem
ejus argumenti exstare; potius intellexeram, esse
quamdam de hoc orationem sancti Epiphani, Cy-
pri episcopi; quam ipsam quoque non vidi. Aiunt
enim, divum Epiphanium, qui esset Hebræus na-
tione, de literis Hebræorum, et annalium scriptore
Josepho affirmasse, Natalem Servatoris die 25
Decembris celebrandum. Cum eo consentire dicunt
et ea scripta quæ Titus Hierosolymis Romam de-
portaverit, cum eam urbem caperet. Verum non
magno re sollicitus equidem fuero de festis aliis-
que consuetudinibus Ecclesiæ, modo sententiis de
B fide conveniamus.

THEOR. Quid autem de illius hynni, quem Trisa-
gium dicimus (quod ter in eo Sancti nomen repe-
tatur) appendice? Num illam inexaminatam rella-
quemus? ut, quoniam in actis sanctæ ac universa-
lis quartæ synodi traditur, qua forma id temporis
eum isti divini Patres pronuntiaverint, nos eorum
in illo hymno pronuntiando forma contenti simus?
an et hic argumenta promenda, probandumque,
Fullonis istius appendicem ab Ecclesia pro abomina-
bili et rejicula duci?

GEN. Tu vero recte, qui de Trisagio nos admo-
nueris. Quippe magnorum Ecclesiæ doctorum au-
ctoritates inveniuntur, quæ soli Filio hymnum illum
C Trisagii attribuere videntur. Ac sæpe mecum illas
equidem considerans, admodum anxius hæsi: ad-
eoque arbitror, ejus appendicis auctores, illis per-
motos auctoritatibus, eam fecisse; nosque docuisse,
quoties de sancta Trinitate divinum illum hymnum
canimus, nullam faciendam appendicem: at quo-
ties eum de Filio duntaxat pronuntiamus, inter-
dum quidem addendum: *Qui crucifixus es propter
nos; interdum vero: Qui resuscitatus es; vel illud:
Qui assumptus es sursum*, nimirum ut pro tempore
mysterii, apta quoque subjiciatur appendix: et il-
lam vocem Deus, et alteram Fortis, et tertiam,
Immortalis de solo propter nos crucifixo, eque
mortuis suscitato, et sursum assumpto Christo
Deo nostro intelligamus.

D THEOR. Restat ergo, ut cum pronuntiat is hunc
hymnum cum appendice, Filium ter sanctum ap-
pelleis.

GEN. Profecto; nam recte facimus, eum non modo
ter sanctum, sed millies sanctum appellantes: qui-
quemadmodum magnus ille Athanasius in oratione
de carnis assumptione Trinitateque loquitur: Non
ter modo sanctus, inquit, sed infinite sanctus,
et omnem supra sanctitatem positus.

THEOR. Patrem vero, sanctumve Spiritum, ter
sanctos non dicitis?

GEN. Non.

THEOR. Et unde profecta est hæc distributio,
ut vel soli Filio hymnus hic tribuatur, vel toti

Trinitati : non autem vel Patri soli, vel soli Spiritui sancto?

GEN. Sic a sanctis hominibus edocti sumus. Nec longe abiverimus. Magnus ille Athanasius in oratione de carnis assumptione ac Trinitate, cujus supra mentio facta est, hujusmodi profert : *Vidimus eum, nec speciem, nec pulchritudinem habebat* ¹⁷. Nam antea viderat eum in divina gloriosaque forma, sedentem in alto sublimique solio; cum Seraphim majestatem ejus verbis hisce concelebant: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth* ¹⁸. Postea vero videt eum assumpta servi forma, similem hominibus factum. Videsne divinum hunc virum soli Filio videri ter sanctum istum hymnum attribuire? cum, inquit, Seraphim majestatem ejus verbis hisce concelebant : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth*. Postea vero videt eum assumpta servi forma, similem hominibus factum. Quin et sanctus Epiphanius in oratione de sancta Deipara, similia dicens : *Beata, inquit, inter mulieres, quæ Sermonem ex te incarnatum peperisti; Sermonem illum, qui Patris est Filius; Sermonem, qui est Deus sæculis prior; Sermonem, qui expers est principii, et æternus; Sermonem, qui ejusdem est substantiæ cum inæparabili Trinitate; Sermonem, qui cum Patre ac Spiritu sancto adoratur; Sermonem, qui consors est solii paterni; Sermonem, qui Cherubis insidet; Sermonem, quem illæ quadriformes bestię verbis hisce concelebant : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plenum est cælum et terra majestate ipsius*. Viden'ut et ille soli Filio ter sanctum hymnum attribuire videatur? ait enim : *Quem illæ quadriformes bestię verbis hisce concelebant : Sanctus, sanctus, sanctus, etc.* Quin et divus ipse Chrysostomus, in oratione de benedictio, cujus initium : *De miraculis in miracula* : verbis his eadem dicit : *Hodie rex majestatis in terra sic concelebratur, uti vates descripsit : et lætitiæ cœlestis participes terrigenas facit : ut ostendat amborum se Dominum, qui utrimque consona voce concelebratur. Propterea superi quidem illi salutem istam in terris indicantes canebant : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est universa terra majestate ipsius : inferi vero, cum lætitiæ cœlesti celebrationem suam conjungentes, clamabant : Hosanna filio Davidis*. Vides hæc tria magna Ecclesiæ lumina videri Filio soli ter sanctum illum hymnum attribuire?

THEOR. Bene dictum abs te, videri. Non enim attribunt, sed attribuire videntur. Videntur autem, sed quibus, obsecro? Qui penetrare ad profunditatem sententiæ magnorum istorum divinorumque hominum nequeunt. Cum Seraphim majestatem ejus concelebant, inquit eximius ille Athanasius : sed non ait : Solum concelebant, absque Patre ac Spiritu sancto. Quippe si totam Trinitatem concelebant, necessario scilicet cou-

Α ὅλη Τριάδι· τῷ Πατρὶ δὲ μόνῳ, ἢ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι μόνῳ οὐδ' ;

Ο ΚΑΘ. Ἐκ τῶν ἁγίων ἐδιδάχθημεν τοῦτο. Εὐθύς ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ ἀνω μνημονευθέντι περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ Τριάδος λόγῳ, τοιαύτε φησὶν· *Εἶχομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὔτε κάλλος*. Ἦν γὰρ αὐτὸν πρὸ τούτου θεωρήσας ἐν τῇ θεϊκῇ καὶ ἐνδύξῳ μορφῇ, καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὕψηλῳ καὶ ἐπηρμένῳ, ὅτε τὰ Σεραφίμ ἰδοξολόγουν αὐτὸν, λέγοντα· Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος Κύριος Σαβαώθ. Καὶ μετὰ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν μορφῆν δούλου λαβόντα, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. Ὅρᾷ πῶς μόνῳ τῷ Υἱῷ δοκεῖ προσάπτειν τὸν τρισάγιον ὕμνον ὁ θεὸς οὗτος ἀνὴρ; Ὅτε, φησὶ, τὰ Σεραφίμ ἰδοξολόγουν αὐτὸν, λέγοντα· Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος Κύριος Σαβαώθ. Καὶ μετὰ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν μορφῆν δούλου λαβόντα, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. Ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον λόγῳ τὰ ὅμοια φάσκων, φησὶν· Ἡ μακαρία ἐν γυναιξίν, ἡ τὸν Λόγον ἐκ σοῦ σαρκωθέντα τεκοῦσα, Λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς Υἱὸν, Λόγον τὸν προαιώνιον Θεὸν, Λόγον τὸν ἀναρχον καὶ ἀίδιον, Λόγον τὸν ὁμοούσιον τῆς ἀχωρίστου Τριάδος, Λόγον τὸν σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνούμενον, Λόγον τὸν σύνθρονον τοῦ Πατρὸς, Λόγον τὸν ἐπὶ Χερουβίμ καθήμενον, Λόγον ὃν τὰ τετράμορφα ζῶα δοξολογοῦσι, λέγοντα· Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος Κύριος Σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Ὅρᾷ, ὅπως καὶ οὗτος δοκεῖ μόνῳ τῷ Υἱῷ τὸν τρισάγιον ὕμνον προσαρμύζειν; λέγων· Ὅν τὰ τετράμορφα ζῶα δοξολογοῦσι, λέγοντα, Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος· καὶ τὰ εἴης. Ἀλλὰ καὶ ὁ θεὸς Χρυσόστομος εἰς τὸν εὐλογημένον, οὐ ἡ ἀρχή· Ἐκ θαυμάτων εἰς θαύματα· τὰ αὐτά φησι· Σήμερον, λέγων, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ἐπὶ γῆς προφητικῶς δοξάζεται, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἐπουρανίου εὐχαρίας τοὺς γηγενεῖς ἀναδεικνυσσιν, ἵνα δείξῃ, ὅτι αὐτὸς ἐστὶ Κύριος ἀμφοτέρων, ὡς ἐκατέρωθεν συμφωνῶς ἀνυμνούμενος. Διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἀνω τὴν ἐπὶ γῆς σωτηρίαν καταμνησύντες ἔψαλλον, Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος Κύριος Σαβαώθ, πλήρης πάντα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Οἱ δὲ κάτω τῇ ἐπουρανίῳ εὐφροσύνη συμπανηγυρίζοντες, ἔκραζον· Ὁσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ. Ὅρᾷ, ὅτι καὶ οἱ τρεῖς οὗτοι μεγάλοι τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες τῷ Υἱῷ μόνῳ δοκοῦσι προσάπτειν τὸν τρισάγιον ὕμνον;

Ο ΘΕΩΡ. Ὅρθῶς εἰρηκας, ὅτι δοκοῦσιν· οὐ γὰρ προσάπτουσιν, ἀλλὰ δοκοῦσι προσάπτειν. Δοκοῦσι δὲ, τίσι; Τοῖς μὴ εἰς τὴ βλάβος· εἰσοῦναι δυναμένοις τοῦ νόου τῶν μεγάλων τούτων καὶ θεῶν ἀνδρῶν. Ὅτε τὰ Σεραφίμ ἰδοξολόγουν αὐτὸν, φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος· ἀλλ' οὐκ εἶπε· Μόνον ἰδοξολόγουν χωρὶς τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ γὰρ τὴν ὅλην ἰδοξολόγουν Τριάδα, ἐξ ἀνάγκης δηλοῦνται καὶ τὸν Υἱὸν ἰδοξολόγουν. Καλῶς οὖν εἶπεν ὁ

¹⁷ Isa. LIU, 2. ¹⁸ Isa. VI, 5.

Ποτὲρ, Ὅτι τὰ Σεραφίμ ἐδοξολόγουν αὐτόν. Οὕτω ἂν εὐ-
 φοβῆσθε καὶ τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον, καὶ τὸν θεὸν
 Χρυσόστομον, καὶ ἄλλους τῶν ἁγίων, ὅσους ἂν εὐ-
 ρῆς τοιαῦτα γράζοντα. Σαφὲς δ' ἂν εἴη, ὃ λέγει,
 καὶ ἐπὶ παραδείγματι, τοῦτον τὸν τρόπον· Γυνὴ τις,
 οὐ τῶν ἐκ γένους καταγομένων βασιλικῶν, ἀλλ'
 οὐδὲ τῶν ἄγαν ἐπιφανῶν, ἔσχε θυγατέρα ὠραιότα-
 τήν, κάλλει, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ φρονήτει πάσας
 τὰς κατ' ἐκείνο καιροῦ γυναῖκας ὑπερνεκῶσαν.
 Τζυτὴν βασιλεὺς ἰδὼν πάσας ἔγνωσαν τὰς τῶν γυ-
 ναικῶν ἀρετὰς ἀκιδόηλους καὶ καθαρὰς, ἔλαβεν
 αὐτὴν ἐκείτῳ εἰς γυναῖκα, καὶ στέφει βασιλικῶν, ὡς
 εἰκός, ἐταινίωσεν. Ἐνιστάμενος δὲ τοῦ καιροῦ, καθ'
 ὃν πάσα ἡ πόλις τὸν εὐφημισμὸν ἀναπέμπει τοῖς βα-
 σιλεῦσιν, εἶπε τις τῇ μητρὶ τῆς βασιλείσης, Ἐλθέ,
 ἵνα ἀκούσης ὑπὸ πάσης εὐφημουμένην τῆς πόλεως;
 τὴν θυγατέρα.

Ὁ ΚΑΘ. Ἀρκάσας τὸν λόγον, εἶπεν· Ἐγὼν, ὃ
 βούλη εἰπεῖν. Ἐπεὶ ὁ εὐφημισμὸς κοινός ἐστι τοῦ
 βασιλέως καὶ τῆς βασιλείσης, καλῶς δύναται τις
 εἰπεῖν, ὅτι τὸν Πατέρα δοξολογοῦσιν, οἱ τὸν Υἱὸν,
 καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ταῦτα γὰρ πάντα καὶ ἓνα,
 καὶ χωρὶς ἐκφωνούμενα ἀληθεύει, ἄνευ τῆς τοῦ
 μόνου προσθήκης λεγόμενα.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀπῆλλαξας πραγμάτων ἡμεῖς, ἀγνώ-
 στες ἐξοποτε. Οὐκ ἄρα μόνον τῷ Υἱῷ ἦδε τὰ Σερα-
 φίμ· τὸν τρισάγιον ὕμνον, ἀλλὰ τῇ ὄλῃ Τριάδι. Καὶ
 διὰ τοῦτο οὐ δεῖ προσθεῖναι τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς, ἢ
 ἄλλῃ τινὰ προσθήκην. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως ἀποδει-
 ξαι, ὅτι οὐκ ἐπὶ μόνου τοῦ Υἱοῦ τὸν τρισάγιον
 ὕμνον ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἐξελάβετο, ἐξ αὐτῆς τῆς
 προθεθείσης αὐτοῦ χρήσεως. Φησὶ γάρ· Λόγον τὸν
 σύνθετον τοῦ Πατρὸς, Λόγον τὸν ἐπὶ τῶν Χερου-
 βίμ καθήμενον. Οὐκ ἐσήμανε μόνον τὸν Υἱὸν ἐπὶ
 τῶν Χερουβίμ καθῆσθαι, ἄνευ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ
 Πνεύματος· σύνθετον γὰρ τοῦ Πατρὸς προείπεν
 αὐτόν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς δοξολογίας δεῖ νοεῖν. Κοι-
 νὸν τὸ καθῆσθαι, κοινὴ ἡ δοξολογία. Συμβάλλεται δὲ
 ἡμῖν οὐ μικρῶς πρὸς τὸν προκείμενον νοῦν, καὶ ὃ
 πρὸς τῷ τέλει τῶν Πράξεων ὁ εὐαγγελιστῆς ἀνα-
 γράφει Λουκᾶς. Φησὶ γάρ, εἰπόντος τοῦ Παύλου
 βῆμα ἓν· ὅτι Καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησεν
 διὰ Ἠσαίου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας
 ἡμῶν, λέγων, Πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον,
 καὶ εἰπὸν, Ἀκοῆ ἀκούσατε, καὶ οὐ μὴ συνιῆτε·
 καὶ βλέποντες βλέψατε, καὶ οὐ μὴ ἰδῆτε, καὶ
 τὰ ἐξῆς. Τί οὖν; Μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκω-
 μεν καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρ-
 μένου, τῷ προφήτῃ Ἠσαίᾳ διακελευόμενον· Πορεύ-
 θητι πρὸς τὸν λαὸν· καὶ τὰ ἐξῆς; ἐπειδὴ ὁ θεὸς
 Παῦλος τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέμνηται μόνου; ἢ
 καὶ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν;

Ὁ ΚΑΘ. Λέλυται τοῦτο, καὶ πλέον περὶ τούτου οὐ
 χρὴ λέγειν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἴδωμεν λοιπὸν, τί ἔγραψας ἐν τῇ ἐπι-
 στολῇ σου περὶ τοῦ μύρου.

celebrabant et Filium. Quapropter recte dixi Atha-
 nassius : Cum Seraphim cum concelebrabant. Sic et
 sanctum Ephiphanium et divum illum Chrysosto-
 mum, et cæteros sanctos homines, quoscumque
 talia scribentes repereris, intelliges. Fuerit autem
 res tota perspicua per exemplum, hoc modo : Mul-
 lier quædam, non regio prognata genere, imo nec
 illustri quidem admodum, filiam venustissimam
 habuit, forma, pudicitia, prudentia mulieres ejus
 temporis universas superantem. Eam videns impe-
 rator omnibus præditam femineis virtutibus, ac
 sinceris quidem, minimeque fucatis, uxorem
 sibi accepit, et imperatoria, pro more, corona re-
 dimiuit. Appetente vero tempore quo urbs uni-
 versa faustis vocibus Augustis acclamare consue-
 vit, quidam matri Augustæ, Veni, ait, ut filiam
 tuam ab urbe tota faustis excipi acclamationibus
 audias.

Tum GEN. interrupto Theoriani sermone : In-
 telligo, inquit, quid dicere velis. Quando illæ ac-
 clamatio fausta, communis est Augusto cum Au-
 gusta, recte quis dicere potest, quod qui Filium,
 Patrem quoque concelebrant et Spiritum sanctum.
 Hæc enim omnia tam simul quam seorsim enun-
 tiata, vera sunt : modo solius vox non adjiciatur.

THEOR. Liberasti nos molestia, sanctissime do-
 mine. Nimirum sequitur, Seraphos non Filio dun-
 taxat hymnum illum ter sanctum cecinisse, sed uni-
 versæ Trinitati, propterea non addendum est illud :
 Qui crucifixus est, nec alia quæpiam appendix.
 Quanquam et aliunde probari potest, magnum il-
 lum Epiphanium non de solo Filio ter sanctum hym-
 num intellexisse; idque de verbis dicti ejus, antea
 positis. Ait enim : « Sermonem, qui consors est solii
 paterni; Sermonem, qui Cherubis insidet. » Certe
 non hoc vult, solum Filium Cherubis insidere, sine
 Patre ac Spiritu sancto. Nam antea solii paterni
 consortem dixit. Item de concelebratione maje-
 statis intelligendum. Communis est sessio, commu-
 nis celebratio. Nec parum nobis ad hunc sensum
 et illud confert, quod in Actis evangelista Lucas
 in extremo scribit. Ait enim, Paulum hoc verbum
 protulisse : Recte Spiritus sanctus per Isaiam vatem
 locutus est ad patres nostros hisce verbis : Vade ad
 populum hunc, et dicito : Auribus audietis, et non
 intelligetis : videntes videbitis, et non perspicietis¹⁹,
 et cætera. Quid ergo? solumne Spiritum sanctum
 dicemus in alto sublimique solio consistentem, Isaiæ
 vati præcipere : Vade ad populum hunc²⁰, et cæ-
 tera, quoniam divus Paulus sancti duntaxat Spiri-
 tus meminit? an Patrem quoque, cum Filio?

GEN. Hoc jam solutum est, nec quidquam di-
 cendum amplius.

THEOR. Deinceps videamus, quid in epistola tua
 le unguento perscripseris.

¹⁹ Act. xviii, 24, 25. ²⁰ Isa. vi, 9, 10.

GEN. Recte dicitur : fiat.

Itaque caput de unguento legentes, hæc scripta reperimus. Rursum præcepit ipsa Scriptura, ut ex iis oleis olerum, quæ sesamum vocant, unguentum nostrum conficiatur, non ex olivarum arboribus. Atque hoc reapse verum est. Causa rei est hæc, quod in Armeniorum regione non sunt oliveta propter aeris in ea regione frigus. Itaque necessitas ipsa flagitat ut oleum illud, quod in ipsa regione reperitur, ad usum unguenti adhibeatur. Qua in re nullum ego spirituale delictum video.

THEOR. Miror, domine, cur ad imperatorem hoc perscripseris. Nam plurima hic oliveta video, et quidem olei satis.

GEN. Verum ista unguenti confectio principium habuit ad Orientis plagam intimam, ubi nulla sunt oliveta : indeque nos acceptam servamus hactenus.

Deinde capitis ejusdem parte proxima perfecta, sic scriptum invenimus : Sicut vinum sanguinis Christi materies est, et cujuscumque sit coloris, recipi debet ; sive nigrum, sive rubrum, sive album vinum fuerit : quoniam per ministerium sanctificatur, et Christi fit sanguis.

THEOR. Exemplum hoc tuum parum ad ipsam rem quadrat. Non enim de coloribus nobis est questio, sed de subjecto, sive materie. Nosti enim, diversis ex arboribus vinum fieri. Nam ex pomis, et cerasis, et aliis fructibus, et herbis quoque conficitur : sed ad hoc sacrificium non adhibetur, nisi duntaxat ex vite factum. Sic et de oleo : sit ex lauro, junco odorato, et aliis multis oleum : sed a sanctis Patribus oleum olivæ cæteris est prælatum. Atque hoc cuilibet cognoscere licet, tam ex sancto illo Dionysio Areopagita, quam aliis sanctis hominibus non paucis. Nec minoris est momenti argumentum, quod ex ipso nomine contextitur. Quippe si simpliciter oleum dicatur, ex oliva factum intelligitur. At cum laurinum, vel juuceum, vel sesaminum, et hujusmodi alia Quomodo enim, si navim dicam, facta de lignis, clavis, et pice navis intelligitur, qua navigamus, non navis lapidea ; sed si navim lapideam significare velimus, lapideam adjicimus ; absque qua appendice nunquam ex sola navis appellatione, lapidea navis intelligitur : eodem modo statuendum de oleo, et oleo sesamino. Quapropter oleum absque appendice dicentes, ex oliva factum significant.

GEN. Hoc quoque correctu facillimum fuerit.

His ita dictis, sacerdotes ejus psallere cœperunt hymni vespertini seriem extra ecclesiam, de more ipsorum.

Et THEOR Cur extra ecclesiam sacerdotes tui stant, ait, cum psallunt ?

GEN. Scriptum est : *In omni loco domini ejus* ²¹.

²¹ Psal. cii, 22.

A O ΚΑΘ. Εὐ λέγεις γενέσθω.

Καὶ ἀναγνόντες τὸ περὶ τοῦ μύρου κεφάλαιον, εὐρομεν οὕτως· Πάλιν διηγόρευεν ἡ Γραφή ἀπὸ τῶν ἐλατῶν τῶν λαχάνων, ὅπερ σήσαμον ὀνομάζουσι γίνεσθαι τὸ μύρον ἡμῶν· καὶ οὐχὶ ἀπὸ δένδρων ἐλαιῶν. Καὶ τοῦτο ἐν ἀληθείᾳ ἐστίν. Ἔστι δὲ ἡ αἰτία τοιαύτη, ὅτι εἰς τὴν χώραν τῶν Ἀρμενίων οὐκ εἰσὶ ἐλαιῶνες, διὰ τὸ ψυχρὸν τῆς χώρας τοῦ ἔτερος· καὶ ἀνάγκη πρόκειται, τὸ ἐλαιον ἐκεῖνο, ὅπερ εὐρίσκεται εἰς τὴν χώραν, εἰς χρῆσιν τοῦ μύρου λαμβάνειν· καὶ οὐ συνείδον σφάλμα πνευματικὸν ἐν τούτῳ.

Ὁ ΘΕΩΡ. Θαυμάζω, δέσποτα, πῶς τοῦτο γέγραπται πρὸς βασιλέα. Ὁρῶ γὰρ πλείστους ἐλαιῶνας ὄντας καὶ ἐλαιον ἱκανόν.

B Ὁ ΚΑΘ. Ἄλλ' εἰς τὴν ἐνδοτάτην Ἀνατολήν ἐγένετο ἡ ἀρχὴ τῆς κατασκευῆς τοῦ μύρου, ὅπου ἐλαιῶνες οὐκ εἰσὶ· κακέειδον παραλαβόντες· ἡμεῖς φυλάττομεν δὲ παρελάδομεν μέχρι τοῦ νῦν.

Εἶτα ἀναγνόντες τὸ ἐξῆς τοῦ κεφαλαίου τούτου εὐρομεν οὕτως· Ὅσπερ γὰρ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ὁ οἶνός ἐστιν ὕλη, καὶ οἶας ἐστὶ χροαῖς, ἀποδεκτός ἐστι, καὶ μέλας, καὶ ἐρυθρός ἐστι, καὶ λευκός· ἐπειδὴ ἡ λειτουργία ἀγιάζει αὐτόν. καὶ γίνεται αἷμα Χριστοῦ.

C Ὁ ΘΕΩΡ. Τὸ παράδειγμα σου οὐκ ἐστὶ προσφυές· οὐ γὰρ περὶ χρωμάτων ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὀκειμένου, ἥτοι τῆς ὕλης. Οἶδας γὰρ ὅτι ἐκ διαφόρων δένδρων γίνεται οἶνος· γίνεται γὰρ ἐκ μήλων, καὶ κερασίων, καὶ ἄλλων φυτῶν, καὶ δὴ βοτάνων· ἀλλ' οὐ προσάγεται εἰς θυσίαν, ἀλλ' ἡ μόνον ὁ ἐκ τῆς ἀμπέλου. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἐλαίου γίνεται γὰρ ἐλαιον ἐκ τε δάφνης, καὶ σχίνου, καὶ ἄλλων πολλῶν· ἀλλὰ τὸ τῆς ἐλαίας προεκρίθη παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων. Καὶ ἐξοστὶ τοῦτο μαθεῖν τῷ βουλομένῳ παντὶ, ἀπὸ τε τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου καὶ ἄλλων ἁγίων οὐκ ὀλίγων. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος κατασκευάσαι, ὅτι τὸ ἐλαιον ἀπλῶς λεγόμενον, τὸ ἐξ ἐλαίας δηλοῖ. Ἦντινα δὲ δαφνέλαιον, ἢ σχινέλαιον, ἢ σησαμέλαιον, καὶ τὰ τοιαῦτα Ὅσπερ γὰρ ὅταν εἶπω ναῦς, νοεῖται ἢ ἐκ ξύλων, καὶ ἤλων, καὶ πλοσσης ναῦς, δι' ἧς πλέομεν, οὐ μὴν νοεῖται ἢ ἐκ λίθων ναῦς· ἀν δὲ τὴν ἐκ λίθων ναῦν σημεῖναι θελήσωμεν, προστιθέμεν τὸ, λιθίνην· ἀνευ δὲ τῆς προσθήκης ταύτης οὐκ ἂν ποτε νοηθεῖ ἐκ μόνου τοῦ ναῦς ὀνόματος, ἢ λιθίνη ναῦς· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ ἐλαίου, καὶ σησαμελαίου. Ἐλαιον οὖν χωρὶς προσθήκης λέγοντες, τὸ ἐξ ἐλαίας δηλονότι διασημαίνουσι.

D Ὁ ΚΑΘ. Καὶ τοῦτο ῥᾶστον ἐστὶ διορθωθῆναι.

Τοῖτων οὕτω ῥηθέντων, ἤρξαντο οἱ ἱερεῖς αὐτοῦ φάλλειν τοῦ ἑσπερινοῦ τὴν ἀκολουθίαν ἐξω τῆς ἐκκλησίας· κατὰ τὴν αὐτῶν συνήθειαν.

Καὶ φησιν ὁ ΘΕΩΡ. Ἴνα τί ἴστανται ἐξω τῆς ἐκκλησίας, ὅταν φάλλωσιν οἱ ἱερεῖς σου ;

Ὁ ΚΑΘ. Γέγραπται, Ἐν παντὶ τόπῳ τῆς θεοκτείας αὐτοῦ.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὁμοίως γέγραπται· Ἰδεὺ δὴ εὐλο-
γεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ δούλοι Κυρίου, οἱ
ἐσωθέντες ἐν ὀλῳ Κυρίου. Καὶ πάλιν· Ἐν ἐκκλη-
σιαίς εὐλογεῖτε τὸν Θεόν· καὶ μυρία τοιαῦτα.
Ἄλλ' ἔρωτώ, πόθεν τοῦτο παρελάβετε;

Ὁ ΚΑΘ. Οἱ τὴν ἀκολουθίαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν
καὶ τὴν τάξιν ἡμῖν παραβεβωκότας, μόνην τὴν
θεῖαν λειτουργίαν ἔνδον τοῦ θεοῦ ναοῦ ἐπιτελεῖν
ἐπιβάντο, μόνου τοῦ ἱερέως εἰσιόντος εἰς αὐτόν·
τὸ λαοῦ παντὸς ἔξω ἱσταμένου· τὴν δ' ἄλλην πᾶσαν
ἀκολουθίαν, ἔξω γίνεσθαι τοῦ θεοῦ ναοῦ, καὶ τοῦτο
εὐλόγως, διετάξαντο. Σφόδρα γὰρ ὑπερέχει τὰ νέα
τῶν παλαιῶν, ὡς ἀλήθεια σκιας. Θύεται γὰρ ἔνδον
ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου παντὸς σω-
τηρίας, καὶ δεῖ ἡμᾶς πλὴν σέβας καὶ τιμῆν ἀπο-
νείμειν τῷ παρ' ἡμῖν ναῷ, τοῦ παρ' Ἑβραίοις. Β
Ἐκεῖνοι γὰρ καθαροὶ ὄντες, εἰσῆσαν εἰς τὸ λεγό-
μενον ἄγιον κοσμηκόν, οὐχὶ εἰς τὴν σκηνήν, τὴν λε-
γομένην, Ἅγια ἀγίων, καὶ ἡ σκιά ἦν τοῦ παρ' ἡμῖν
θεοῦ ναοῦ· ἡμεῖς δὲ βύβου πληρεῖς τυγχάνοντες,
πῶς εἰς τὸν ἀγιάτατον ναὸν εἰσέλθωμεν τοῦ Θεοῦ;
καὶ τοῦτο γινώσκοντες οἱ διδάσκαλοι τῶν, οὕτω
γίνεσθαι ἐπιβάντο.

Ὁ ΘΕΩΡ. Οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, οἱ ταῦτα διατα-
ξάντες, ἕνα τρία δοκοῦσι διορίσασθαι τοῖς τῆς ἁγίας,
θεοφόροις Πατράσι, τοῖς ἐν Νικαίᾳ συναγερμένοις.
Ἐκεῖνοι γὰρ ἐν δεκάτῳ κανόνι οὕτω φασὶ κατὰ
ἕξιν· Περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης, χω-
ρὶς ἀπαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἢ
τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικιν-
νίου, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ· εἰ καὶ ἀνάξιοι ἦσαν
ἀνθρώπων, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς.
Ὅσοι οὖν γενναῖως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκρω-
μένῳ ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦν-
ται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ
λαῷ τῶν εὐχῶν. Ὅρᾳ, ὅτι τοὺς τηλικούτῳ παρα-
πέσαντας πτώματι, τρία μόνον ἔτη ἀκροῦσθαι δια-
κλιεῖται ὁ κανὼν, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστα-
σθαι ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θεῶν ἀκούειν Γραφῶν.
Ὁ δὲ σοὶ ἱερεῖς δεῖ ἐν ἀκρωμένοις εἶσιν. Εἴτα τί
ζητεῖς ὁ κανὼν; Καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται, τοῦτο
δὲ ἔστιν, ἐντὸς μὲν τῆς ἐκκλησίας εἰσέρχεσθαι, ἐν
δὲ τῷ ὄπισθεν, μέρει τοῦ ἁμβωνος ἱστασθαι, καὶ
ἕξιναι μετὰ κατηγουμένων. Ἐνιαυτούς δὲ δύο συν-
ιπασθαι καὶ συνεύχεσθαι μετὰ τῶν πιστῶν· μὴ
μένει καὶ τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἀξιοῦ.
σθαι, ἕως ἂν ἡ διετίς παρέλθῃ. Εἰ οὖν οἱ ἐπιτιμῶ
πικνωνησάς, δεδεμένοι εἰ; τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρ-
χεται, διατί οἱ ἱερεῖς σου οὐκ εἰσέρχονται;

Ὁ ΚΑΘ. Οὐδέποτε μέχρι τοῦ νῦν ἐπίστησα τῷ
κινῶν τούτῳ τὸν νοῦν· συμβάλλεται δὲ σοῦ τῷ
λόγῳ σφόδρα. Ἄλλὰ περὶ τῶν τοιούτων οὐ δεῖ φρον-
εῖν, εἰ μόνον περὶ τὴν πίστιν, ὡς εἶπον, ὁμοφρο-
νήσομεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Ἀφέντες οὖν ταῦτα πρὸς τὸ παρόν,
ἔσμεν, εἰ δοκεῖ, τὸν ὄρον τῆς τετάρτης συνόδου,
ὅτι ἐπὶ τῇ προτερείᾳ δεδώκαμεν.

A THEOR. Similiter scriptum est: *En celebrate*
Dominum, omnes servi Domini, stantes in domo Do-
mini 22. Et rursus: *In ecclesiis Deum celebrate* 23,
et alia sunt infinita ejusmodi. Sed interrogo, unde
hoc accepistis?

GEN. Doctores nostri, qui seriem et ordinem re-
rum ecclesiasticarum nobis tradiderunt, solam di-
vinam administrationem intra sacrum templum
perficiendam statuerunt, ingrediente solo pontifice,
reliquo populo foris stante: cætera fieri extra tem-
plum debere, nec id citra rationem, ordinarunt.
Nam valde veteribus nova præstant, ut umbra ver-
ritas. Quippe mactatur intus Dei Filius pro totius
mundi salute, majoremque reverentiam exhibere
nos templo nostro, quam illi apud Hebræos, par
est. Etenim illi, si puri essent, in id sanctum
ingrediebantur, quod mundi vocabant: non tamen
in tabernaculum, quod Sanctum sanctorum dice-
batur, et umbra sacri apud nos templi erat. Nos
vero toti coinquinati sordibus, quo pacto sanctissi-
mum Dei templum ingrediamur? quod cum doctores
nostri non ignorarent, ita fieri debere statuerunt.

THEOR. Doctores vestri, qui hæc ordinarunt,
contraria statuuisse videntur illis 318 sanctis ac
divinitus gubernatis Patribus, qui Nicææ convenc-
runt. Etenim illi sic in 10 canone ad verbum aiunt:
De his, qui fidem Christianam citra coactionem et
facultatum ademptionem deseruerunt, aut absque
periculo, vel ejusmodi quopiam, quod durante
Licinii tyrannide contigit, visum est sanctæ synodo:
ut tametsi humanitatem nullam mercantur, benigne
tamen cum eis agatur. Quotquot ergo vere præxi-
tentiam agunt, tres annos inter audientes exigent
fideles, et annos septem inferioris erunt ordinis,
et biennio citra oblationem cum populo precabun-
tur. Vides tam sæcè lapsis a canone præscribi, tres
tantum ut annos auditores sint, hoc est, extra
ecclesiam stent in ferula, sacrasque Litteras audi-
ant. Tui vero sacerdotes semper inter auditores
hærent. Quid deinde canon ulterius? Et septem,
inquit, annis erunt ordinis inferioris: hoc est,
ecclesiam quidem ingredientur, sed in parte am-
bonis postica stabunt, et cum catechumenis exi-
bunt. Anuos denique duos fidelibus astabunt, et
cum eis precabuntur: non tamen sacramentorum
quoque perceptionem impetrabunt, donec biennium
præterierit. Si ergo constricti excommunicationis
pœna, templum tamen ingrediuntur, quare tui sacer-
dotes non ingrediuntur?

GEN. Nunquam animum isti canonis hactenus
adverti. Tuæ quidem orationi plurimum momenti
adfert. Sed de his esse solliciti non debemus, modo
circa fidem, ut dixi, consenserimus.

THEOR. His igitur in præsentia dimissis, des-
tinationem quartæ synodi, si placet, inspiciamus:
quam hesternâ die tibi obtulimus.

22 Psal. cxxxiii, 7. 23 Psal. lxxvii, 27.

GEN. Ita fiat. Labet enim de vocibus quibusdam, A in ea positus, interrogare. Sed prius utrumque librum inter se conferamus, et videamus, an sibi respondeant: deinde quaeramus de iis in quibus haeremus.

Sancti IV concilii definitio.

Sufficeret quidem ad perfectam pietatis cognitionem et confirmationem, hoc eruditum ac salubre divinae gratiae symbolum, quod et perfectam de Patre, et Filio, et Spiritu sancto doctrinam tradit, et incarnationem Domini fideliter excipientibus exhibet. Sed quando illi, qui praedicationem veritatis abolere conantur, per suas haereseos novas quasdam doctrinas pepererunt, aliis susceptae propter nos administrationis Dominicae mysterium corrumpere audentibus, et Deiparae vocem Virgini tribuentiam negantibus; aliis confusionem et commistionem introducentibus, et unam esse carnis divinitatisque naturam stulte comminiscentibus, adeoque per hanc confusionem monstrose statuentibus, divinam Unigeniti naturam esse passibilem: eapropter haec sancta, magna et universalis synodus, eos ab omni contra veritatem machinatione volens excludere, doctrinamque traditam antiquitus immotam asserens, ante omnia statuit, ut sanctorum 318 Patrum fides inconconvulsa permaneat. Ac propter eos quidem qui Spiritum sanctum oppugnant, doctrinam de substantia Spiritus a sanctis illis 150 Patribus, aliquot post annis in Augusta urbe congressis, traditam confirmat; quam illi universis notam fecerunt, non quasi quiddam afferentes, quod prioribus deesset, sed suam de Spiritu sancto sententiam adversus illos, qui potestatem ejus abolere conabantur, sacrarum Litterarum testimoniis illustrantes: propter eos vero, qui sacramentum Dominicae dispensationis falsariorum more corrumpere tentant, et imprudenter purum hominem esse nugantur eum qui de sancta Virgine Maria procreatus fuit; beati Cyrilli, qui Alexandrinae pastor ecclesiae fuit, synodales ad Nestorium et Orientales episcopos litteras sibi consentientes amplexa est: tum ad Nestorianae dementiae confutationem, tum ad interpretationem pro iis institutam, qui pio zelo symboli salubris intellectum desiderant. Atque his epistolam quoque beatissimi sanctissimique archiepiscopi Leonis, illius maximae Romae praesidis, ad sanctae memoriae Flavianum archiepiscopum, evertendae depravationis Eutychianae causa scriptam, veluti magui illius Petri confessioni convenientem, et columnam quamdam rectae sententiae publicam, adversus malarum opinionum auctores, ad orthodoxa dogmata stabilienda, merito junxit. Nam et iis haec opponit sese, qui sacramentum dispensationis in duos filios distrahere nituntur; et eos caeterum sanctorum expellit, qui passibilem dicere divinitatem Unigeniti audent; et iis resistit, qui in duabus Christi naturis commistionem vel confusionem excogitant et eos exterminat, qui sumptam de nobis servilem formam, caelestem

O ΚΑΘ. Οὕτω γενέσθω. Βούλομαι γὰρ ἐρωτησαί περὶ τινῶν λέξεων ἐκεῖ κειμένων. Ἀλλὰ πρῶτον ἀντιβάλλωμεν ἀμφοτέρω τὰ βιβλία, καὶ ἴδωμεν, εἴ ἐξιστάσει· καὶ τότε περὶ ὧν ἀμφιδάλλομεν, ἐρωτήσομεν.

Ὅρος τῆς ἀγίας δ' συνόδου.

Ἦρκει μὲν οὖν εἰς ἐντελεῆ τῆς εὐσεβείας ἐπιγνώσιν τε καὶ βεβαίωσιν, τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τοῦτο τῆς θείας χάριτος σύμβολον· περὶ τε γὰρ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον, καὶ τοῦ Κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν τοῖς πιστοῦς δεχομένοις παρίστησιν. Ἄλλ' ἐπαιδῆπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἀθετεῖν ἐπιχειροῦντες τὸ κήρυγμα, διὰ τῶν οἰκωνομῶν καὶ ἁρεσῶν τῆς καινοζωνίας ἀπέτεκον, οἱ μὲν τὸ τῆς δι' ἡμᾶς τοῦ Κυρίου οἰκονομίας μυστήριον παραφθεῖρουν τολμῶντες, καὶ τὴν Θεοτόκος ἐπὶ τῆς Παρθένου φωνῆν ἀπαρνοῦμενοι, οἱ δὲ σύγχυσιν καὶ κρᾶσιν εἰσάγοντες, καὶ μίαν εἶναι φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀναπλάττοντες ἀνοήτως, καὶ παθητὴν τοῦ Μονογενοῦς τὴν θεῖαν φύσιν τῇ συγχύσει τερατευόμενοι· διὰ τοῦτο πάσαν αὐτοῖς ἀποκλείσαι κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανὴν βουλομένη ἡ παρούσα νῦν αὕτη ἡ ἀγία, μεγάλη καὶ οἰκουμένη ἡ σύνοδος, τὸ τοῦ κηρύγματος ἀνωθεν ἀσάλευτον ἐκδιδάσκουσα, ὤρισε προηγουμένως, τῆν ἁγίων Πατέρων τὴν πίστιν μὲν εἶναι ἀπαρρηχίστην. Καὶ διὰ μὲν τοὺς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαχομένους, τὴν χρόνους ὑστερον παρὰ τῶν τῆς βασιλευούσης πόλεως συνελθόντων ἁγίων ῥ' Πατέρων περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν κυροῖ, ἣν ἐκεῖνοι τοῖς πασίν ἐγνωρίσαν· οὐχ ὡς τι λοιπὸν τοῖς προλαβοῦσιν ἐπιστάγοντες, ἀλλὰ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτῶν ἔννοιαν, κατὰ τῶν τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ἀθετεῖν πειρωμένων, Γραφικαῖς μαρτυραῖς τρανώσαντες· διὰ δὲ τοὺς τὸ τῆς οἰκονομίας παραφθεῖρουν ἐπιχειροῦντας μυστήριον, καὶ ψιλὸν ἀνθρώπων εἶναι τὴν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου τεχθέντα Μαρίαν, ἀναιδῶς ληρωδοῦντας, τὰς τοῦ μακαρίου Κυρίου, τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γενομένου ποιμένου συνοδικᾶς ἐπιστολάς· πρὸς τε Νεστορίον, καὶ τοὺς τῆς Ἀνατολῆς ἀρμοδίους οὐσας ἐδέξατο· εἰς ἐλεγχον μὲν τῆς Νεστορίου φρενοθλαβείας, ἐρμηνείαν δὲ τῶν εὐσεβῶν ζήλων τοῦ σωτηρίου συμβόλου πεποιθόντων τὴν ἔννοιαν· αἰς καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ τῆς μεγίστης Ῥώμης προέδρου, τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος, τὴν γραφείσαν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοπον Φλαβιανόν, ἐπ' ἀναίρεσιν τῆς εὐτυχοῦς κακονομίας, ἃτε θῆ τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ὁμολογία συμβαίνουσαν· καὶ κοινήν τινα στήλην ὀρθοδοξίας κατὰ τῶν κακοδοξούντων, εἰκότως συνήρμοσε, πρὸς τὴν τῶν ὀρθόδοξων δογμάτων βεβαίωσιν. Τοῖς τε γὰρ εἰς Υἱὸν τὴν δυάδα, τὸ τῆς οἰκονομίας διασπᾶν ἐπιχειροῦσι μυστήριον, παρατάττεται· καὶ τοὺς παθητὴν λέγειν τολμῶντας τοῦ Μονογενοῦς τὴν θεότητα, τοῦ τῶν ἱερῶν ἀπωθεῖται συλλόγου· καὶ τοῖς ἐπὶ δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ κρᾶσιν ἢ σύγχυσιν ἐπινοοῦσιν ἀνθίσταται· καὶ τοὺς οὐράνιον, ἢ ἐτέρας τινὲς ὑπέρχειν οὐσίας τὴν ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσαν αὐτῷ τὴν εὐ-

λου μορφήν παραπταίοντας ἐξελαύνει· καὶ τοὺς δύο μὲν πρὸ τῆς ἐνώσεως φύσει· τοῦ Κυρίου μυθεύον-
τας, μίαν δὲ μετὰ τὴν ἔνωσιν ἀναπλάττοντας, ἀνα-
θεματίζει.

Ἐπόμεινοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις Πατέραςιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν Υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, συμφώνως ἅπαντας ἐκδιδάσκωμεν· τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρώποτητι· Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἀνθρώπου ἀληθῶς τὸν αὐτὸν, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τὸν αὐτὸν ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ' ἰσχύτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου τῆς Θεοτόκου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἕνα καὶ αὐτὸν Χριστὸν, Υἱὸν, Κύριον, Μονογενῆ, ἐκ δύο φύσεων ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον· οὐδαμῶς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνηρημένης διὰ τὴν ἔνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἕν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντραχούσης· οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ, Θεὸν Λόγον, Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν· καθάπερ ἔθεν οἱ προφήται περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν Πατέρων ἡμῶν παραδέδωκε σύμβολον. Τοῦτων τοίνυν μετὰ πάσης πανταχόθεν ἀκριθείας τε καὶ ἀμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμένη σὺνδοδος, ἑτέραν πίστιν μηδὲν ἐξεῖναι προφέρειν, ἢ συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρους. Τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἢ γουον προκομίζεσθαι, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδίδουαι ἑτέρον σύμβολον τοῖς ἐθελούσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐξ Ἑλληνισμοῦ, ἢ Ἰουδαϊσμοῦ, ἢ γουον ἐξ αἰρέσεως τῆς οἰασθηποτοῦν, τοὺτους, εἰ μὲν εἰσιν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἄλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς· καὶ τοὺς κληρικούς, τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ εἰεν, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς.

Ἐπεὶ δὲ ἀνεγνώσθη ὁ ὄρος, καὶ τὰ βιβλία εὐρέθησαν ἐξισάζοντα, τότε τὸ Ἀρμενικὸν, καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν, καὶ αἱ τῷ Καθολικῷ δοκοῦσαι ἀσαφεῖς αὐτῷ λέξεις μετρίαὶ οὖσαι ἱκανῆς τετυχῆκασιν σαφηνείας, εἶπεν ὁ Θεωριανὸς πρὸς τὸν Καθολικόν· Ὁρᾶς, ἀγῶντα θέσποτα, ὅτι τῶν γλ' θεοφῶρων Πατέρων θεὸς χορδός, τῶν ἐν Χαλκηδονάων πόλει συναγερμένων, οὐ μόνον οὐδὲν ἐξω τῆς τῶν δογμάτων ὀρθότητος λελάληκεν ἢ πεφρόνηκεν, ἀλλ' οὐδὲ κἂν μᾶ λέξει ξένη εἰς τὴν ἐκθεσιν τοῦ Θεοῦ τούτου ὄρου ἐχρήσατο. Τετήρηκε γὰρ τὴν τε πίστιν τῶν πρὸ αὐτοῦ ἁγίων Πατέρων, καὶ αὐτὰ δὴ τὰ ῥήματα. Καὶ, εἰ κελύεις, δεῖξω σοι, ἐκ ποίων προγενεστέρων θεῶν Πατέρων τοῖς μακαρίοις τούτοις θεοῖς Πατέραςιν ἐκάστη λέξις τοῦ ὄρου τούτου παρεῖληπται. Αἱ κλειούς γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῶν τῷ μακαρίῳ Κυ-

A esse, vel alterius cuiusdam substantiæ delirant; et eos, qui duas quidem Domini naturas ante unionem fabulantur, unam vero post unionem fingunt, anathematizat.

Sequentes ergo sanctos illos Patres, universi consona voce unum et eundem Filium Dominum nostrum Jesum Christum, confitendum esse docemus: eundem in divinitate perfectum et eundem perfectum in humanitate: vere Deum, et eundem vere hominem ex particeps rationis anima corporeque constantem: ejusdem cum Patre substantiæ, secundum divinitatem, et eundem nobiscum ejusdem substantiæ, secundum humanitatem: similem nobis per omnia, excepto peccato: ante sacula quidem ex Patre genitum, quoad divinitatem, extremis vero diebus eundem propter nos, et salutem nostram, natum ex Maria Virgine Delpara, secundum humanitatem: unum et eundem Christum Filium, Dominum, Unigenitum, qui duabus ex naturis citra confusionem, mutationem, divisionem, separationem, agnoscitur; nequaquam naturarum discrimine propter unionem sublato, sed utriusque naturæ proprietate salva potius, et in unam personam unamque hypostasin cocunte: non in duas personas discerptum vel divisum, sed unum et eundem Filium unigenam, Deum Sermonem, Dominum Jesum Christum: sicut olim vates de ipso, et ipse nos Dominus Jesus Christus erudiit, et symbolum illud Patrum nostrorum tradidit. His ergo cum omni undique accuratatione diligentiaque a nobis sanctis, sacra et universalis synodus decrevit, nemini fas esse fidem aliam proferre, vel in litteras referre, vel componere, vel amplecti, vel alios docere. Si qui vero fuerint ausi fidem aliam vel componere, sive proferre, vel docere, vel aliud iis symbolum tradere, qui de paganismo, sive Judaismo, sive secta quacumque veritatis ad agnitionem se convertere voluit: eos, si fuerint episcopi vel clerici, tam ab episcoporum quam clericorum ordine removel; sin monachi, vel laici fuerint, anathemati statuit esse subjectos.

Posteaquam concilii decretum recitatum fuisset, D atque liber Armenicus Romano respondere deprehensus: satis essent denique declaratæ concilii voces, sane tolerabiles, quæ Generali visæ fuerant obscuræ, Theorianus hisce Generalem verbis compellabat: Vides, sanctissime domine, sacrum illum cœtum 630 divinorum Patrum, in oppido Chalcedonensi congregatorum, non modo nihil extra dogmatum rectitudinem vel locutum esse, vel sensisse, sed ne una quidem peregrina voce ad hujus divini decreti expositionem usum. Nam et fidem Patrum se majorum ætate retinuit, et ipsa quoque verba. Ostendam vero tibi, si placet, ex quibus antiquioribus divis Patribus hi beati Patres vocem quamlibet hujus decreti sumpserint. Complures quidem certe de Cyrilli commentariis usur-

pate sunt, quem vos magis, quam alios, sequi do-
crevistis.

GEN. Perlibenter id quidem audiemus, si dicere
tibi libuerit.

THEOR. Si dicere non libuisset, non promisisse-
n. Verum per incisa singula concilii decretum recite-
tur, et ad quodlibet incisum decreti, dictum illius,
a quo sumptum est, adjiciatur.

Ex decreto.

Sequentes ergo sanctos illos Patres, universi
consona voce unum et eundem Filium, Dominum
nostrum Jesum Christum constitendum esse docce-
mus.

Cyrilli, ex prima ad Succensum epistola.

Edocti sumus a Scriptura sacra sanctisque
Patribus, ut unum Filium et Christum confitea-
mur.

Ejusdem, ex epistola ad Eulogium.

Nos unitis hisce, Christum unum, eundem unum
Filium, unum Dominum confiteamur.

Ex decreto.

Eundem in divinitate perfectum, et eundem per-
fectum in humanitate.

Cyrilli, ex epistola ad Joannem.

Idem perfectus in divinitate, ac perfectus idem
in humanitate.

Ejusdem, ex epistola ad Augustas.

Præterea si hoc quoque prius attester, recte me
facturum arbitror. Quemadmodum enim perfectus
est in divinitate genitus ille de Patre Sermo, sic et
in humanitate perfectus est, secundum ipsius hu-
S. Nersis Opera, Armenice et Latine Venetiis a Patribus Mechitaristis edita, complectitur peculiaris *Patrologiæ* nostræ series quæ *Patrologia Orientalis* audit. Ibi vide ad annum suprascriptum.

ANNO DOMINI MCLXXX.

JOANNIS CINNAM

EPITOME

RERUM A JOANNE ET ALEXIO COMNENIS GESTARUM.

CAROLI DUFRESNE EPISTOLA.

Illustrissimo viro domino D. Joanni Baptistæ COLBERT, regi ab intimis consiliis et secretis, generali ærarii moderatori, summo regionum ædificiorum præfecto, regionum ordinum quæstori, marchioni de Seignelay, Carolus Du FRESNE.

Exigit officii mei ratio, vir illustrissime, ut vulgandam lucubrationem hanc meam auspiciis non aliis committam quam tuis, cujus moderationi auctoritatique præcipuæ quodcumque in re æraria munus gero, subjectum est. Atque ad patrocinium quidem tuum præ cæteris ambiendum cum id me satis per se superque impellat, tum adducor in prius amore ac studio isto singulari, quo et litteras et litteratos omni data occasione prosequeris. Qua enim es amplitudine animi, non minus in liberalium quam in cæterarum etiam inferiorum artium renovationem incubuisti hactenus: et quantum felicitatis attulisti advecta per has restitutas rerum omnium affluentia, tantum decoris illarum patrocinio conciliasti regno universo, cujus nomen ab eruditis quibusque ad immortalem gloriam facilius traducatur. Certe cum amplissima laudum accessione aucta sit atque locupletata Gallia, ex quo Ludovicus subditorum sibi populorum splendori et commodo tanta cum animi contentione invigilat, id diligentiam præsertim et industriam tuam, vir illustrissime, memori animo illa ascribit, quod ardua tanti principis consilia strenuus plane fidusque administer exsequeris. Si redditum ab rege populis terra marique commercium; si principatum illum eloquentiæ, quem etiam Romani Gallis aliquando detulere, nunc quasi postliminio recuperatum; si restitutum denique suam artibus omnibus celebritatem merito illa gloriatur: hoc opera quodammodo tua perfectum agnoscit, qui omnem ingenii ac solertiæ vim in mandatis regis conficiendis tam operose impendis. Eodem pariter jure obstrictam se tibi profitetur bibliotheca Regia, quam a Francisco I inchoatam, ab Henrico II et Catharina Medicea non mediocriter adauctam, rex idem noster nova manuscriptorum voluminum accessione locupletavit. Ea enim et numero propemodum infinita, et raritatis laude omnium haud scio an præstantissima, ita studio tuo incredibili sunt conquisita, ut non tam auxisse, quam novam bibliothecam effecisse dicendus sit, atque adeo divisam in majoribus suis, in se collectam, te procurante, gloriam conjunxisse. Sed et præcipuum bibliothecæ istius decus pretiosa illa raraque numismata, quæ a serenissimo Aurelianensium duce Gastone collecta tanto labore tantoque delectu, tum coronæ, ut aiunt, regiæ legata, nunc asservantur ibi diligenter, quotidie ab rege consiliis tuis incitato mirifice multiplicantur. Ac ne reconderetur fons ille eruditionis uberior, eodem quo bibliotheca constructa est loco, Academiæ virorum totius Europæ peritissimorum, te suadente, constitutæ; qui cum eo parati accedant certis quibusdam diebus ad omne humanioris doctrinæ genus tractandum, tum si quid inter disputandum dubii forte controversique acciderit, illico ad librorum auctoritatem, quasi ad decretorium iudicium confugiant. Atque hoc in memoriam revocat, haud absimilem olim imperatorum quorundam Byzantinorum pro re litteraria curam; qui insignem Constantinopoli bibliothecam instituerant, et ipsi curandæ perlicentiæque præferant viros omnino duodecim, ut

lectissimos totius imperii, sic omnibus disciplinis quam excultissimos. Etsi autem, vir illustrissime, minime dubitem, quin tanta pro superandis litterarum molestiis commoda sint ejusmodi, ut iis ad suscipiendas egregias lucubrationes plerique ingenii doctrinæque laude illustres impellantur acrius; haud scio tamen an ista facilitate, benignoque aditu inflammantur maxime, quo tu in ipsos, tum ipsorum opera soles benevolens amplecti. Equidem licet id mihi non arrogem, ut me in tantorum virorum numero collocare ausim, benignitatis tamen istius specimen nuper jam sensi luculentum, cum illustratam utcumque a me sancti Ludovici historiam, dicatamque regi nostro Christianismo, tibi que oblatam, excepisti amantissime. In quo ut profuerint multum et majestas augusti quod præfert nominis, et argumenti nobilitas atque sanctimonia, plus tamen, mea sententia, profuit maxima viri illustrissimi Caroli Colbert fratris auctoritas, cujus commendatio tanto plus habuit apud te ponderis, quando te et arctiori conjunctione sanguinis, et veriori prudentiæ, ingenii, modestiæ, virtutisque similitudine complectitur. Quas quidem in eo dotes cum tota passim Gallia suspiciat, tum rex ipse adeo perspectas habet atque exploratas, ut amplissimis eas muneribus ornaverit: quorum omnium instar hæc duo sunt, demandata nuperæ pacis sancienda cura, et solemnibus quam apud serenissimum magnæ Britanniæ regem nunc obit legatio. Cui quidem utrique provinciæ, quod non modo præfectus fuerit ab rege perspicacissimo rerum æstimatore, sed etiam satisfecerit undecunque summo principum plausu, et publica omnium gratulatione, vel inde conicere licet quanta apud omnes existimatione floreat. Cæterum qua in me passim usus est benevolentia, eadem quoque, vir illustrissime, adducor, ut sperem te mihi nunc facilem ac benevolum adfore. Quod quidem haud ægre præstiteris, si has tibi inscriptas qualescunque in historiam Comnenicam et in Paulum Silentiarium exercitationes benigno exceperis animo, et nominis tui quasi auctoritate protexeris. Hanc spem meam auget in primis præclara consiliorum tuorum factorumque ratio, quæ eo duntaxat ex communi omnium consensu pertinet, ut regni regisque nostri invictissimi gloriam amplitudinemque, si tamen accessionem aliquam admittunt, quocumque modo amplifikes. Nam cum in hoc opere elaborando nihil aliud mihi propositum fuerit, quam ut egregia quæque Gallorum facinora, ut suscepta olim incredibili animo, ita felicis toto Oriente, laudabilisque perfecta, collocarem in meliori lumine, tum hoc pergratum tibi, perque jucundum fore confido, ad commendandam quippe Galliæ gloriam, cui uni inservis, omnino accommodatum.

EJUSDEM PRÆFATIO.

Cum propensus erga litteras omnes artesque ingenuas amor, non decorus solum principibus viris, iisque quos ad hominum imperia magnasque res et arduas capessendas, seu virtus, seu natura genuit, sed etiam perutilis jure censeatur: tum is maxime qui versatur in hoc studio, quod in historiæ et antiquitatis scientia situm est. Ex ea quippe non superiori modo notitiam ætatum, sed et certa civilis prudentiæ petunt documenta, et alienis exemplis et casibus in suis vel communibus gerendis rebus nullo suo periculo cautos evadunt. Et vero historia magistræ morum, et regula posteris est, ad quam vitam dirigere suam jubentur; et quædam clara lux veritatis, quæ sicubi aberrent, aut degenerent, pravitate erroreque in obscuro esse non sinit. Præ reliquis autem Constantinopolitanorum imperatorum annales frequenti rerum humanarum fortunæque, quam in iis legere est, vicissitudine, quid tenendum vitandumque sit, attentis variorum eventuum æstimatoribus haud obscure demonstrant. Hujus porro Byzantinarum historiæ rerum in eam ego partem studiose mihi, ac sane, ni fallor, utiliter incumbendum putavi, quæ et videbatur a nostris hominibus adhuc aut ignorata, aut relicta, et arctiori cognitionis nexu cum Gallicis devincta atque conjuncta, lucis iisdem plurimum afferre posset. Eos igitur commentariis et animadversionibus auctores illustrandos constitui, qui in id præcipue styli contulerunt, ut eam litteris consecrarent: ut appareat non frustra amplissimos viros, qui universam Byzantinam historiam typis regiis hætenus edendam curarunt, operam collocasse, quo non senescentem modo, sed extinctam prope, scriptorum tam illustrium laudem et memoriam ab oblivione hominum atque silentio vindicarent, qui permulta de nostris rebus, Gallorumque toto fere Oriente laudabiliter ac præclare gestis, haud comperta memoriæ prodiderunt. Quæ certe digna sunt, ut in iis commendandis immortalitati scriptorum omnium certet industria, cum acres sæpe aculeos ad gloriam habuerint alienæ, aut, ut verius dicam, cognatæ virtutis monumenta; nec omnino ferendum sit, ut tot clarissimarum exempla virtutum in tanta tamque diuturna apud posteros obscuritate delitescant. Scribere autem orsus sum ab expugnata captaque a Gallis, tum Venetis Constantinopoli, partim editis ad eam rem in Villharduinum, qui expeditionis hujus, cujus et ipse pars magna exstitit, exordia descripsit, observationibus; partim etiam e probatis scriptoribus Græcis ac Latinis, tum veteribus quoque monumentis e regiis tabulariis, quæ harum expeditionum consilia atque acta conservant, depromptis,

est capax secundum Stagiriten, sequitur et quod simul contraria recipit, una substantia non sit. Dux igitur substantiæ Christus, etsi unus Christus est: et secundum quidem unam creatus, secundum alteram increatus: similiter mortalis et immortalis, cum principio et sine principio, et eodem modo reliqua.

His dictis, interrogabat Theorianum episcopus quidnam de Armeniis judicaret? Qui respondit: In divinis quidem Scripturis versatus admodum Armenios comperi, tum jejunio et orandi studio magnorum sanctorum æmulos: sed ad disputandum plane rudes; videntur enim mihi rhetorica arte et dialectica reliquisque disciplinis expertes. Quare cum ipsi sibi fucum faciant, hallucinari se non intelligunt. Aiunt enim naturam quidem esse universale quid et commune; personam autem, parziale utpote indivisibile, sicuti etiam sancti viri definiunt. Deinde Christum aiunt esse unam personam, utpote quid parziale. Et haec tenent quidem recte ratiocinantur. Exin dicunt Christi unam naturam, quam jam fassi fuerant esse quid universale: neque intelligunt, quod si Christus est quid parziale, utpote qui est persona, una natura esse non potest: alioquin quod parziale est, esset universale; indivisibile, casset species; quod prorsus fieri non potest. Etsi enim dicimus, superiora prædicari de inferioribus, hoc tamen in philosophico tantum vocabulo, quod et physicum dicitur, verum evadit; non autem in artificiali vocabulo, quod etiam logicum appellant hujus disciplinæ professores: artificiale nimirum, utpote artis inventum non naturæ; logicum autem quia spectat ad logicam disciplinam, quæ est philosophiæ organum, non philosophia. In philosophico quidem vocabulo, universalia prædicantur de partialibus; id est inferiora accipiunt et nomen ac definitionem superiorum: exempli causa, Petrus est homo, homo est animal, ergo Petrus est homo et animal. Similiter definitionem quoque hominis et animalis Petrus recipit: est enim animal rationale et mortale Petrus, ac substantia animata et sentiens. En ut in philosophico vocabulo inferiora recipiunt etiam superiorum nomen et definitionem. Verumtamen in logico vocabulo id non usu venit. Nam quod est indivisibile, neque species dicitur, neque genus, neque est plurale, neque numero differt, neque item specie, cum quid sit prædicatur. Sic et in Christo accidit: nam personam quidem ipsum dicimus et hypostasim, non tamen naturam: neque enim naturæ nomen vel definitionem recipit; siquidem Christus non est motus et quietis principium, quæ naturæ definitio est. Nam persona, hypostasis, indivisibilitas, species, genus et similia, non pertinent ad philosophica vocabula seu physica, sed ad logica seu artificialia: porro universalitas communis vocabuli, de partialibus non prædicatur. Itaque philosophici vocabuli differentiam a logico ignorant Armenii, imperite miscent pugnantia, quia neque quid dicant neque quid affirmant, intelligunt.

Α τία, οὐκ ἔστι μία οὐσία. Δύο ἄρα οὐσίαι ὁ Χριστός, εἰ καὶ εἷς Χριστός ἐστι· καὶ κατὰ μὲν τὴν μίαν, κτιστός, κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν, ἀκτιστός· ὡσαύτως θνητός καὶ ἀθάνατος, ἑναρχος καὶ ἀναρχος, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως.

Τούτων οὕτω βρῆθέντων, ἡρώτα ὁ ἐπίσκοπος τὸν θεωριανὸν περὶ τῶν Ἀρμενίων λέγων· Ποταποὺς διέγνωσ τούτους Ἀρμενίους; Ὁ δὲ φησὶν· Εἰς μὲν τὴν θείαν Γραφὴν πεπυκνωμένους εὐρίσκω, καὶ εἰς νηστείαν καὶ προσευχὴν τοῖς μεγάλοις ἀγίοις ἀμιλλωμένους· εἰς δὲ τὸ συλλογίζεσθαι παντελῶς ἀμυήτους· ἀμέτοχοι γὰρ μοι δοκοῦσι ρητορικῆς καὶ διαλεκτικῆς καὶ τῶν λοιπῶν μαθημάτων. Διὸ καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς παραλογιζόμενοι οὐκ ἴσασιν ὅτι παραλογίζονται. Λέγουσι γὰρ τὴν μὲν φύσιν καθόλου τι καὶ κοινὸν, τὸ δὲ πρόσωπον μερικὸν ὡς άτομον, καθὼς καὶ οἱ ἅγιοι ταῦτα ὥρσαντο. Εἶτα τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν ἕν πρόσωπον ὡς μερικόν. Καὶ μέχρι τοῦτου καλῶς λέγουσιν. Ἐπειτα λέγουσι τὸν Χριστὸν μίαν φύσιν, ἣν ὁμολόγησαν καθόλου τι εἶναι· καὶ οὐ νοοῦσιν, ὅτι ἐπεὶ ὁ Χριστὸς μερικόν ἐστὶ, ὡς ἕν πρόσωπον, οὐ δύναται εἶναι μία φύσις· ἢ γὰρ ἂν ἔσται τὸ μερικὸν καθόλου, καὶ τὸ άτομον εἶδος, ὅπερ ἀδύνατον. Εἰ γὰρ καὶ λέγομεν ὅτι τὰ ἐπάνω κατηγορεῖται τῶν ὑποκάτω, ἀλλὰ τοῦτο ἀληθεύει κατὰ τὴν φωνὴν τὴν φιλόσοφον μόνον, ἥτις καὶ φυσικὴ λέγεται, οὐ μὴν κατὰ τὴν τεχνικὴν φωνὴν ἣν καὶ λογικὴν ὀνομάζουσιν. οἱ περὶ ταῦτα δεῖνοι· τεχνικὴ μὲν, ὡς εὐρεμα τέχνης, οὐ φύσεως· λογικὴ δὲ, ὅτι τῆς λογικῆς ἐστὶ πραγματείας, ἥτις ὄργανόν ἐστὶ φιλοσοφίας, οὐ φιλοσοφία. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς φιλοσόφου φωνῆς τὰ καθόλου κατηγορεῖται τῶν μερικῶν, ταῦτα ἐστὶ τὰ ὑποκάτω ἐπιδέχεται καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν ὄρον τῶν ἐπάνω· ὅλον ὁ Πέτρος ἐστὶν ἄνθρωπος, ὁ ἄνθρωπος ἐστὶ τὸ ζῶον, ὁ Πέτρος ἄρα καὶ ἄνθρωπος ἐστὶ καὶ ζῶον. Ὁσαύτως καὶ τὸν ὄρον τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ ζώου ἐπιδέχεται ὁ Πέτρος· καὶ γὰρ ἐστὶ ζῶον λογικόν θνητὸν ὁ Πέτρος, καὶ οὐσία ἐμψυχὸς αἰσθητικὴ. Ἰδοὺ ἐπὶ τῆς φιλοσόφου φωνῆς τὰ ὑποκάτω ὑποδέχεται καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν ὄρον τῶν ἐπάνω. Ἐπὶ δὲ τῆς λογικῆς φωνῆς τοῦτο οὐ γίνεται· τὸ γὰρ άτομον οὔτε εἶδος λέγεται, οὔτε γένος, οὔτε ἐστὶ τὸ κατὰ πλείων καὶ διαφερόντων τῶ ἀριθμῶν, ἢ τῶ εἶδει ἐν τῶ τί ἐστὶ κατηγορούμενον. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον μὲν λέγομεν αὐτὸν καὶ ὑπόστασιν, οὐ μὴν καὶ φύσιν· οὔτε γὰρ τὸ ὄνομα τῆς φύσεως, οὔτε τὸν ὄρον ὑποδέχεται· οὐδὲ γὰρ λέγεται ὁ Χριστὸς ἀρχὴ κινήσεως καὶ ἡρεμίας· τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἡ φύσις. Τὸ γὰρ πρόσωπον, ἢ ὑπόστασις, καὶ τὸ άτομον, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὸ γένος, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐκ εἶσι τῆς φιλοσόφου φωνῆς, ἥτις τῆς φυσικῆς, ἀλλὰ τῆς λογικῆς, ἥτοι τεχνικῆς· τὰ δὲ καθόλου τῆς καθολικῆς φωνῆς οὐ κατηγορεῖται τῶν μερικῶν. Οἱ γοῦν ἀγνοοῦντες τὴν διαφορὰν τῆς φιλοσόφου φωνῆς, ἣν ἔχει πρὸς τὴν λογικὴν, μὴ γινώσκοντες περὶ τίνος λέγουσιν, ἢ περὶ τίνος διαβεβαῶνται.

Ὁ ἘΠ. Τί σοι δοκεῖ περὶ αὐτῶν; Ἐνωθήσονται ἂ μὲθ' ὑμῶν, ἢ οὐ;

Ὁ ΘΕΩΡ. Ὅσον κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Καθολικοῦ ἐξ ἅπαντος ἔσται ἡ ἔνωσις.

Ὁ ἘΠ. Δύσκολον τοῦτο αὐτοῖς· πολλὰ γὰρ εἰσι τὰ διείργοντα· ὁμῶς ἀκηκόαμεν παρὰ πολλῶν ὅτι συνέρχονται ὑμῖν νῦν ἐν ἅπασιν. Ἡμεῖς δὲ οἱ Σύροι θεοῦ χάριτι ἡνωμένοι ἐσμὲν κατὰ πάντα τοῖς Ῥωμαίοις ὑμῖν, πλην ἐνός· τὸν Χριστὸν οὐ λέγομεν δύο οὐσίας, ἵνα μὴ τις ἐν τῇ Τριάδι προσθήκη γένηται, καὶ εὐρεθῶμεν τετράδα καὶ οὐ Τριάδα σέβοντες· Μονάδα γὰρ καὶ Τριάδα παρὰ τῶν Πατέρων καὶ πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν ἐδιδάχθημεν, οὐ μὴν μονάδα καὶ τετράδα· καὶ διὰ τοῦτο λέγομεν ὁμοούσιον τὸ σῶμα τῷ Λόγῳ, ἵνα μὴ ἑτεροούσιόν τι τῇ Τριάδι προσάψωμεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Προεῖρηκεν ἄνωθεν ἡ ἀγισσύνη σου ὅτι ἐν οὐδὲν ἔθνεσι οὕτω σοφία ἐμπολιτεύεται νῦν, ὡς ἐν τῷ ἔθνει τῶν Σύρων· καὶ νῦν ἀκούω, ὅτι διὰ τοῦτο οὐ λέγετε δύο οὐσίας τὸν Χριστὸν, ἵνα μὴ γένηται τετράς ἢ Τριάς· τοῦτο τοιγαροῦν ἐκφυγεῖν βουλομένοι, λέγετε τὸν Λόγον τῷ σώματι ὁμοούσιον· ταυτὸν δὲ εἶπεν ὁμοούσιον τὸ σῶμα τῷ Λόγῳ.

Ὁ ἘΠ. Εὖ λέγεις, οὕτω λέγομεν.

Ὁ ΘΕΩΡ. Καὶ μὴν ἐὰν λέγηται τὸ σῶμα ὁμοούσιον τῷ Λόγῳ, τότε μᾶλλον ποιεῖτε τὴν Τριάδα τετράδα, καὶ ἐμπίπτετε εἰς βόθρουν ὃν διαφυγεῖν διασπουδέζετε· καὶ ταυτὸν σπουδέζετε τοῖς ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀποθανεῖν πίνουσι κύνειον. Καὶ τοῦτο βουλομένη σοὶ ῥάδιον καταμαθεῖν. Τὸ ὁμοούσιον ἐφ' ἐνός προσώπου οὐ λέγεται· οὐδὲ γὰρ λέγεται τι ὁμοούσιον αὐτὸ καυτῷ, ἀλλὰ πάντως πρὸς ἕτερον πρόσωπον· τῶν πρὸς τι γὰρ ἔστιν· οἷον τὸ ὁμοούσιον ὁμοούσιον ὁμοούσιον λέγεται. Τοῖνον ὁ Λόγος λέγεται τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος· ἕτερον πρόσωπον δηλονότι ὁ Πατήρ, καὶ ἕτερον ὁ Υἱὸς ὁ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος. Ἐὰν οὖν διώσωμεν καὶ τὸ σῶμα καθ' ὁμᾶς, ὁμοούσιον τῷ Λόγῳ, εὐρίσκειται καὶ τὸ σῶμα ἕτερον πρόσωπον παρὰ τὸν Υἱόν. Ὅσπερ γὰρ ὁ Υἱὸς, ὁμοούσιος ὢν τῷ Πατρὶ, ἕτερον πρόσωπόν ἐστι παρὰ τὸν Πατέρα, οὕτω καὶ τὸ σῶμα, ἐὰν ὁμοούσιον ἦ τῷ Λόγῳ, ἕτερον πρόσωπόν ἐστι παρὰ τὸν Υἱόν· καὶ εὐρίσκειται ὁ Υἱὸς δύο πρόσωπα ἔχων, ὡς ὁ Νεστόριος ἔλεγεν. Ἐχομεν δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ· καὶ ἰσοῦ τετράς ἢ Τριᾶς προφανῶς καθ' ὁμᾶς· προσώπων γὰρ, οὐκ οὐσιῶν, ἡ Τριάς. Καὶ τούτου εὐρίσκειται τὸ σῶμα ὁμοούσιον οὐ μόνον τῷ Υἱῷ, ἀλλὰ καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι. Εἰ γὰρ ὁμοούσιος ὁ Λόγος τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν τῶν Πατέρων ὁμολογίαν, ὡσαύτως καὶ τῷ Πνεύματι, ὡς ἔκατι πρόβηλον. Ὅμοούσιον δὲ τὸ σῶμα τῷ Υἱῷ καθ' ὁμᾶς, ὁμοούσιον πάντως ἔστι τὸ σῶμα τῷ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Καὶ εὐρίσκονται τέσσαρα ἀλλήλους ὁμοούσια. Καὶ φεύγοντες τὴν τετράδα, εἰς εἰρήναι φιλόσοφοι ἐμπεπτώκατε, ὡς φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς· Ἐπίκτητον ἐπίσκοπον Κορινθίων ἐπιστολῇ· « Ταῦτα οὕτω λέγοντες, οὐ κούσιν ὄπω; ἐαυτοῖς περιπίπτουσιν. » Ἐγὼ θαυμάζω πῶς ἐν φιλοσοφίᾳ, ὡς φησὶ, ἀρχολοῦμενο,

EPISC. Quid tibi de Armeniis videtur? Vobiscumne conjungentur, necne?

THEOR. Quod quidem attinet ad Generalis votum, pro-ur sit unio.

EPISC. Arduum hoc est Armeniis; multa enim eos arcent: nihilominus a multis audivimus; illos nunc vobiscum in omnibus conspirare. Nos autem Syri, Dei beneficio, vobiscum in omnibus concordēs sumus, uno excepto, nempe quod Christi duas substantias non dicimus, ne quod additamentum Trinitati fiat, nobisque accedat ut quaternionem pro Trinitate credere et confiteri a Patribus edocti sumus, non autem unitatem et quaternionem: ideoque consubstantiale dicimus corpus Verbo, ne quid alterius substantiæ Trinitati adjungamus.

THEOR. Modo dixerat sanctitas tua, nulla in gente æque nunc versari sapientiam atque apud Syros. Ecce autem audio, vos duas substantias Christum non dicere, ne Trinitas evadat quaternio. Ut ergo id vitetis, Verbum corpori consubstantiale dicitis: perinde enim est corpus consubstantiale Verbo dicere.

EPISC. Recte ais, sic dicimus.

THEOR. Atqui si corpus consubstantiale Verbo dicatur, tunc potius de Trinitate facitis quaternionem; et quam fovendam vitare studetis, in eam deciditis: idemque facitis cicutam bibentibus, ne moriantur. Quam rem volenti tibi perfacile est intelligere. Consubstantiale, in una persona non dicitur; neque enim quidpiam dicitur sibi met consubstantiale, sed omnino hoc vocabulum in alteram rem tendit; est enim ex iis quæ ad aliud referuntur: ita ut quod est consubstantiale consubstantiali, id consubstantiale dicatur. Jamvero Verum dicitur Patri consubstantiale: est ergo alia persona Pater, alia Filius qui Patri consubstantialis est. Si ergo ex sententia vestra concedamus, corpus quoque consubstantiale esse Verbo, jam et corpus aliam personam esse comperimus, præter Filium. Nam sicuti quia Filius est Patri consubstantialis, diversa a Patre persona evadit; ita etiam corpus siquidem Verbo consubstantiale sit, diversa a Filio persona erit: sequiturque ut Filius duas personas habeat, ut Nestorius siebat. Sed habemus etiam Spiritum sanctum Patri Filioque consubstantialem: en igitur manifeste in sententia vestra quaternio pro Trinitate. Est enim personarum, non substantiarum, Trinitas. Sic ergo accideret ut corpus non Filio solum esset consubstantiale, sed etiam Patri et Spiritui. Si enim Verbum Patri est consubstantiale, juxta Patrum confessionem, æque est consubstantiale Spiritui, ut omnes sentiunt. Itaque si corpus, ut vos dicitis, consubstantiale Filio est, idem sine dubio corpus Patri quoque et Spiritui sancto consubstantiale erit. Et ex quatuor inter se consubstantialia. Quare, o philosophi, dum quaternionem fugitis, in eum inciditis; ut ait magnus Athanasius in Epistola ad Epictetum Corinthiorum episcopum:

« Hæc dum aiunt, quod se ipsos evertant, A nesciunt. » Ego vero miror, quomodo vos ut dicitis in philosophia nutriti, incaute vobis ipsi negotium facessitis. Olim Joannes, tuus in Cessunii episcopatu decessor, Armeniorum synodum me absente ingressus, imperitissima voce missa concessum omnem perturbavit. Paucis vero interjectis diebus rursus adfuit me præsentem in synodo: cumque ille congredi nollet, utpote qui in aliena synodo versaretur, ego ad Armeniorum Generalem verba feci: tum sermonis mei summam in prædictum episcopum detorqueus, deprompsi, domine, quæsitum illud quod in priore disputatione scriptum est usque ad verba: « Sine patriarcha meo. » Sed cum illo quidem philosophiæ ignaro, tunc exemplo abusus sum; nunc vero tibi philosopho, B logicam obtuli demonstrationem. Et illi quidem suasi, non fieri de Trinitate quaternionem ob tunc maxime de Trinitate fieri quaternionem, cum

His dictis, respondit episcopus Elias: nos Christum unam substantiam compositam dicimus, ut sancti Patres docent. Cæteroque ego haud veni disputaturus, sed fraterno more hunc commovi sermonem, ut Romanorum de hac re sententiam cognoscerem. Philosophus autem Theodorus, qui a nostro patriarcha ad te missus est, pro suo loquatur libito.

THEOR. Dixisti, domine, vos unam compositam substantiam affirmare. Ast oro ne explicare mihi graveris quid sit quod ait theologus Gregorius in suo de Spiritu sancto sermone: « Si autem substantia est, et non aliquid eorum quæ substantiæ accidunt, superest plane ut vel creatura sit vel Deus. Nam medium quid inter hæc, vel neutrius C particeps, vel ex ambobus compositum, ne ii quidem cogitabunt qui centaures sibi conflungunt. » Cur ergo vos compositam substantiam Christum dicitis, quum theologus compositam substantiam prorsus ignoret?

EPISC. Dixi jam, me ad disputandum huc non venisse. Aio tamen haud magnam esse nostram a vobis discrepantiam. His dictis, Syrus quidam sacerdos exurgens ait Theoriano: Cur frontem signatis duobus digitis? nonne digiti singillatim divisi sunt? ut duæ Christi naturæ separatæ apud vos credantur. Cui Theorianus quasi jocundus respondit: Non ut duas Christi naturas significemus, id agimus; sed quia tyrannide diaboli liberati, D edocti finimus aciem adversus illum bellumque instruere: et manibus quidem justitiam, eleemosynam, ceterasque virtutes operamur, quæ est veluti acies instructa: cum autem digitis signum Christi

(39) Ante hoc adamussum vocabulum hiatus est editæ prioris disputationis, quem ergo defectum ope codicis Vaticani explevi.

(40) Videsis hæc in priore disputatione, p. 456.

(41) Recte episcopus Theodoro disputandi partes coëlit, quem sui temporis fuisse doctissimum et eloquentissimum, linguasque Græcam, Syriacam, et Siracenicam calluisse, ait Bar-Hebraeus apud

αυτοῦς ἀτέλως παραλογίζεσθε. Πέρυσιν ὁ πρὸς οὐ τοῦ Κεσσούνου ἐπίσκοπος Ἰωάννης, παραγενόμενος ἐν τῇ συνόδῳ τῶν Ἀρμενίων ἀπόντος ἐμοῦ, καὶ φωνῆς ἀλογίστου τὴν σύνοδον διετάραξε· καὶ μετὰ τινὰς ἡμέρας πάλιν παρὴν αὐτῆς καὶ ἐγὼ τῇ συνόδῳ· ἐπεὶ δὲ συντυχεῖν ἐκεῖνος οὐκ ἠθουλήθη, ὡς δῆθεν συνόδῳ προστυχῶν ἀλλοτρίᾳ, πρὸς μὲν τὸν Καθηλικὸν τῶν Ἀρμενίων τὸν λόγον ἐποιήσαμην ἐ·ὦ· τὸν νοῦν δὲ τοῦ λόγου πρὸς τὸν ῥηθέντα ἐπίσκοπον ἀποτεινόμενος ἔφην, δέσποτα, ἐρώτημα ὅπερ ἐγράφη διείσθεν, ἔως τοῦ « Ἄνευ τοῦ ἐμοῦ πατριάρχου (39) ». Ἄλλ' ἐκεῖνῳ μὲν ἐ· τὸ παραδειγματικῶς ὡς ἀφιλοσόφῳ, σοὶ δὲ νῦν ὡς φιλοσόφῳ λογικῶς ἀποδέδειχα· ἐκεῖνῳ μὲν ὅτι οὐ γίνεται τετράς ἢ Τριάς, διὰ τὴν προσθήκην τῆς ἐτέρας φύσεως (40)· σοὶ δὲ ὅτι τότε B μᾶλλον γίνεται τετράς ἢ Τριάς, ὅταν ὁμοούσιον εἴπωμεν τὸ σῶμα τῇ τοῦ Λόγου θεότητι.

alterius naturæ adjectionem; tibi vero ostendi, corpus dixerimus consubstantialia Verbi divinitati.

Τούτων ῥηθέντων, εἶπεν ὁ ἐπίσκοπος Ἡλίας· Ἡμεῖς τὸν Χριστὸν μίαν οὐσίαν σύνθετον λέγομεν, ὡς οἱ ἄγιοι Πατέρες διδάσκουσι· πλὴν μὲν ἐγὼ οὐκ ἦλθον πρὸς τὸ διαλεχθῆναι, ἀλλ' ἀδελφικῶς κειμήνηκα τὸν περὶ τούτου λόγον, βουλόμενος μαθεῖν παρὰ σοῦ τί περὶ τούτου λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι. Ὁ φιλόσοφος δὲ Θεόδωρος, ὁ καὶ παρὰ τοῦ ἡμετέρου πατριάρχου ἀποσταλεὶς πρὸς σέ, λεγέτω τὸ δοκοῦν αὐτῷ (41).

Ὁ ΘΕΩΡ. Εἶπας, δέσποτα, ὅτι μίαν σύνθετον οὐσίαν λέγετε· καὶ παρακαλῶ, μὴ ἀπαξιώσης ἐρμηνεύσαι μοι, τί ἐστὶν ὃ λέγει ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγῳ· « Εἰ δ' οὐσία τις, οὐ τῶν περὶ τὴν οὐσίαν, ἦτοι κτίσμα ὑποληφθήσεται ἢ θεός· μέσον γάρ τοι τούτων, ἦτοι μηδετέρου μετέχον, ἢ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον, οὐδ' ἂν οἱ τοὺς τραγελάφους πλάττοντες ἐνοήσαιεν. » Πῶς ὑμεῖς μὲν σύνθετον οὐσίαν λέγετε τὸν Χριστὸν, ὁ θεολόγος δὲ σύνθετον οὐσίαν ἠγγόησεν ὀλικῶς;

Ὁ ἘΠ. Προσέριχά σοι, ὅτι οὐκ ἦλθον διαλεχθῆσθαι· λέγω δὲ ὅτι μέσον ἡμῶν καὶ ὑμῶν οὐκ ἐστὶ μέγα σφάλμα. Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ἀναστὰς ἰερεὺς τις τῶν Σύρων εἶπε πρὸς τὸν Θεωριανόν· Δεὶ τί σφραγίζετε δακτύλοις δυσάν; Οὐκ εἰσὶν οἱ δάκτυλοι διακεχωρισμένοι ἀνὰ μέρος; λοιπὸν καὶ αἱ δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ κεχωρισμέναι εἰσὶ καθ' ἑαυτάς. Ὁ δὲ Θεωριανὸς οἶον ἀστεϊζόμενος εἶπεν· Οὐ τὰς δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ σημαίνοντες οὕτω δρώμεν, ἀλλὰ τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου ἀπαλλαγάντες, ἐδιδάχθημεν παράταξιν ποιεῖν κατ' ἐκεῖνου καὶ πόλεμον, ταῖς μὲν χερσὶν ἐργαζόμενοι δικαιοσύνην καὶ ἐλεημοσύνην καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς,

Assemanum *Biblioth. orient.*, t. II, p. 215. Attamen ego miror, nullam deinceps a Theoriano scribi Theodori disputationem, excerpta clausula in qua idem Theodorus ad catholicorum partes se propemodum transire dicit. Mihi igitur Theoriani tractatio cum Jacobobitis inchoata potius quam perfecta videtur.

ὅπερ ἐστὶν ἡ παράταξις, διὰ δὲ τῶν δακτύλων τοῖς
μετώποις ἐπιτεθέντες τὴν τοῦ Χριστοῦ σφραγίδα,
συνιστάμεν τὸν πόλεμον, καὶ οὕτω τοῦτον καταγω-
νίζομεθα, καὶ μετὰ τοῦ Δαβὶδ εὐλογοῦμεν τὸν Κύ-
ριον, Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς μου, λέγοντες Ἰα-
στος, ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν καὶ
ἀλλὰ τοὺς δακτύλους.

Ἐπὶ τούτοις εἶπεν ὁ Θεόδωρος Ἐπὶ τῷ Θεῷ πέ-
ποθα, οὗτι τὸ τῆς μίσεως σκάνδαλον ἀφαιρε-
θήσεται ἐκ μέσου ἡμῶν, καὶ δεξιόμεθα τὴν τετάρτην
σύνοδον, καὶ τὸν πάπαν Λέοντα (42), ἐάν οἱ Ῥω-
μῆοι οὐ καταναγκάσουσιν ἡμᾶς ἀναθεματίζειν Σε-
βήρον, οὕτω οὐδαμῶς εὐρίσκειται Σεβήρος μίαν φύσιν
ἢ οὐσίαν λέγων τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ μίαν ὑπόστασιν
καὶ ἐν πρόσωπον· ἄλλως τε πᾶσιν ἀκολουθίαν ἐκ-
κλησιαστικὴν, στιχερά, καὶ κανόνας τῶν δῶν
ἀγίων, παρ' ἐκείνου ἔχομεν, καὶ πάνυ δυσχερὲς
ἡμῖν ἀναθεματίζειν ὃν ἔχομεν διδάσκαλον· πλὴν
τοῦτο λέγω, ἵνα ὁ Καθολικὸς τῶν Ἀρμενίων ἀπο-
σταλῆ εἰς τὴν βασιλεύουσαν ὥστε κυρωθῆναι συν-
οικτικῶς τὰ τῆς πίστεως, ἀποσταλεῖ [Cod. ἀποσταλεῖ],
καὶ ὁ ἡμέτερος, ὡς ἂν ἀποτελεσθῆ τὸ δοκῶν τῷ
Θεῷ (43).

(42) Falsa igitur, ob partium suarum studium,
narrat Bar-Hebraeus a nobis citatus in adn. p. 338,
qui ait victoriam penes Theodorum suam stolisse,
Theorianam autem convictum obmutuisse. Theo-
dorum Jacobitam post varios casus in Castrum
Romanum, seu Romelam, apud patriarcham Arme-
norum se recepisse, ejusque ope, et regis Ciliciae
auctoritate, patriarcham Jacobitarum in Cilicia
proclamatum, et anno Christi 1492 (vicesimo scilicet
post hanc disputationem) obiisse, narrat Bar-
Hebraeus apud Assemanum. *Biblioth. Orient.* t. II,
p. 216.

(43) Antequam a Theoriano discedo, placet ex
inediis ejusdem epistolae quam ad sacerdotes moni-
ticolas de nonnullis ecclesiasticis tantum disciplinae
capitulis scripsit, verba aliquot recitare, quibus
ejus vel catholicus animus, vel certe a schismate
abhorrens, et Latinae Ecclesiae amantissimus de-
claratur. Sic ergo Theorianus sub epistolae initio:
Πρῶτος παρακαλοῦμεν ὑμᾶς φιλονησίας μὴ καταδέ-
χεσθαι· ἡμεῖς γὰρ τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν,
οὔτε ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' εἰρήνην μετὰ πάν-
των διώκειν, ἔχοντες εἰρήνην Χριστὸν τὸν ποιοῦντα
αὐτὰ ἀμώτερα ἐν· καὶ ἀγαπᾶτε τοὺς Λατίνους αὐ-

A imponimus fronti, praelium ciemus, atque ita diabo-
lum debellamus, et cum Davide Dominum laudamus,
Benedictus Dominus Deus meus, dicentes, qui docet
manus meas ad struendam ciem, digitos meos ad
praelium. Haud digitum, ait, sed digitos.

τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον· οὐ τὸν δάκτυλον

Post haec Theodorus ait: Hoc a Deo spero, fore
ut unius naturae scandalum de medio nostri tolla-
tur, et quartam synodum ac Leonem papam reci-
piamus, si certe Romani anathematizare Severum
nos haud cogent, quia nusquam Severus in suis
scriptis unam Christi naturam vel substantiam dicit,
sed unam hypostasim et unam personam. Jam vero
cum universum nos ecclesiasticum officium, hy-
mnos et cantica de omnibus sanctis ab ipso habe-
mus, valde molestum foret illum anathematizare
quem magistrum habemus. Hoc tamen aio: Statim
ac Armeniorum Generalis legationem ad regiam
urbem miserit, ut fidei articuli synodice confir-
mentur: tunc nostrum quoque Generalem lega-
tos niserunt, ut id quod Deo visum fuerit perfici-
ciatur.

τοῦ συναδελφούς· ὀρθόδοξοι γὰρ εἰσι, καὶ τίνας
τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ὡς περ
ἡμεῖς· αἱ γὰρ ζητήσεις αὐταὶ συνήθειαι, εἰ τινὲς
εἰσι, τῆς πίστεως μηδαμῶς κατακτόμεναι· πάντα
γὰρ καλὰ, ἐάν εἰς δόξαν Θεοῦ ποιῶμεν αὐτὰ· οὐδὲν
γὰρ οὐτε ἐν Λατίνων ἐκκλησιαστικῶν συνήθειαι, οὐτ'
ἐν ἡμετέροις, ἐξω τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ πρέποντος, εἰληφεν
ἐπικράτειαν, ἀλλὰ θεοσιτίμου ἔξόν τοῦ σκοποῦ καὶ
νοήματος· τοῖς οὖν ἐχέμενοι, πάντα ὀρθὰ, τοῖς δὲ
μὴ τοιούτοις, σκάνδαλον τε καὶ πρόσκομμα. *In*
primis vobis auctor sum, ut contentiones non susci-
piatis; nos enim hujusmodi morem non habemus
neque Ecclesiae Dei. Sed pacem sectamini, pacem
Christi retinentes, qui facit utraque unum. Diligite
autem Latinos, qui vestri in Christo fratres sunt:
orthodoxi enim sunt, et catholicae atque apostolicae
Ecclesiae filii, sicuti et nos. Et enim si quae exsurgunt,
ut fieri solet, quaestiones, haec fidem non laedunt:
quippe cuncta sunt bona, si certe ad Dei laudem
fiant. Nihil porro sive in Latinorum ecclesiasticorum
consuetudine sive in nostra est, quod ab honesto et
decoro recedat; sed omnia praeclearum habent scopum
atque propositum. Sapientibus igitur, recta omnia;
stultis autem, scandalum et offensio.

THEORIANI PHILOSOPHI

EPISTOLA

DE JEJUNIO SABBATI.

Vide *Patrologiae* tom. XCIV, col. 405, in P. Michaelis Lequien Dissertatione VI
Damascenica.

ANNO DOMINI MCLXXII.

S. NERSES CLAIENSIS.

S. Nerses Opera, Armenico et Latine Venetiis a Patribus Mechitaristis edita, complectitur peculiaris *Patrologiæ nostræ* series quæ *Patrologia Orientalis* audit. Ibi vide ad annum suprascriptum.

ANNO DOMINI MCLXXX.

JOANNIS CINNAM

EPITOME

RERUM A JOANNE ET ALEXIO COMNENIS GESTARUM.

CAROLI DUFRESNE EPISTOLA.

Illustrissimo viro domino D. Joanni Baptistæ COLBERT, regi ab intimis consiliis et secretis, generali ærarii moderatori, summo regiorum ædificiorum præfecto, regiorum ordinum quæstori, marchioni de Seignelay, Carolus Du FRESNE.

Exigit officii mei ratio, vir illustrissime, ut vulgandam lucubrationem hanc meam auspiciis non aliis committam quam tuis, cujus moderationi auctoritatique præcipuæ quodcumque in re æraria munus gero, subjectum est. Atque ad patrociniū quidem tuum præ cæteris ambiendum cum id me satis per se superque impellat, tum adducor in primis amore ac studio isto singulari, quo et litteras et litteratos omni data occasione prosequeris. Qua enim es amplitudine animi, non minus in liberalium quam in cæterarum etiam inferiorum artium renovationem incubuisti hactenus: et quantum felicitatis attulisti advecta per has restitutas rerum omnium affluentia, tantum decoris illarum patrociniū conciliasti regno universo, cujus nomen ab eruditis quibusque ad immortalem gloriam facilius traducatur. Certe cum amplissima laudum accessione aucta sit atque locupletata Gallia, ex quo Ludovicus subditorum sibi populorum splendori et commodo tanta cum animi contentione invigilat, id diligentis præsertim et industriæ tuæ, vir illustrissime, memori animo illa ascribit, quod ardua tanti principis consilia strenuus plane fidisque administer exsequeris. Si redditum ab rege populis terra marique commercium; si principatum illum eloquentiæ, quem etiam Romani Gallis aliquando detulere, nunc quasi postliminio recuperatum; si restitutam denique suam artibus omnibus celebritatem merito illa gloriatur: hoc opera quodammodo tua perfectum agnoscit, qui omnem ingenii ac solertiæ vim in mandatis regis conficiendis tam operose impendis. Eodem pariter jure obstrictam se tibi profitetur bibliotheca Regia, quam a Francisco I inchoatam, ab Henrico II et Catharina Medicea non mediocriter adauctam, rex idem noster nova manuscriptorum voluminum accessione locupletavit. Ea enim et numero propemodum infinita, et raritatis laude omnium haud scio an præstantissima, ita studio tuo incredibili sunt conquisita, ut non tam auxisse, quam novam bibliothecam effecisse dicendus sit, atque adeo divisam in majoribus suis, in se collectam, te procurante, gloriam conjunxisse. Sed et præcipuum bibliothecæ istius decus pretiosa illa raraque numismata, quæ a serenissimo Aurelianensium duce Gastone collecta tanto labore tantoque delectu, tum coronæ, ut aiunt, regis legata, nunc asservantur ibi diligenter, quotidie ab rege consiliis tuis incitato mirifice multiplicantur. Ac ne reconderetur fons ille eruditionis uberior, eodem quo bibliotheca constructa est loco, Academiæ virorum totius Europæ peritissimorum, te suadente, constitutæ; qui cum eo parati accedant certis quibusdam diebus ad omne humanioris doctrinæ genus tractandum, tum si quid inter disputandum dubii forte controversisque acciderit, illico ad librorum auctoritatem, quasi ad decretorium iudicium confugiant. Atque hoc in memoriam revocat, haud absimilem olim imperatorum quorundam Byzantinorum pro re litteraria curam; qui insignem Constantinopoli bibliothecam instituerant, et ipsi curandæ perficiendæque præferant viros omnino duodecim, ut

lectissimos totius imperii, sic omnibus disciplinis quam excultissimos. Etsi autem, vir illustrissime, minime dubitem, quin tanta pro superandis litterarum molestiis commoda sint ejusmodi, ut iis ad suscipiendas egregias lucubrationes plerique ingenii doctrinæque laude illustres impellantur acrius; haud scio tamen an ista facilitate, benignoque aditu inflammantur maxime, quo tu in ipsos, tum ipsorum opera soles benevolus amplecti. Equidem licet id mihi non arrogem, ut me in tantorum virorum numero collocare ausim, benignitatis tamen istius specimen nuper jam sensi luculentum, cum illustratam utcumque a me sancti Ludovici historiam, dicatamque regi nostro Christianismo, tibi que oblatam, excepisti amantissime. In quo ut profuerint multum et majestas augusti quod præferam nominis, et argumenti nobilitas atque sanctimonia, plus tamen, mea sententia, profuit maxima viri illustrissimi Caroli Colbert fratris auctoritas, cujus commendatio tanto plus habuit apud te ponderis, quando te et arctiori conjunctione sanguinis, et veriori prudentiæ, ingenii, modestiæ, virtutisque similitudine complectitur. Quas quidem in eo dotes cum tota passim Gallia suspicial, tum rex ipse adeo perspectas habet atque exploratas, ut amplissimis eas muneribus ornaverit: quorum omnium instar hæc duo sunt, demandata nuperæ pacis sancientiæ cura, et solemnem quam apud serenissimum magnæ Britanniæ regem nunc obit legatio. Cui quidem utriusque provinciæ, quod non modo præfectus fuerit ab rege perspicacissimo rerum æstimatore, sed etiam satisfecerit undecunque summo principum plausu, et publica omnium gratulatione, vel inde conjicere licet quanta apud omnes existimatione floreat. Cæterum qua in me passim usus est benevolentia, eadem quoque, vir illustrissime, adducor, ut sperem te mihi nunc facilem ac benevolam adfore. Quod quidem haud ægre præstiteris, si has tibi inscriptas qualescunque in historiam Comnenicam et in Paulum Silentiarium exercitationes benigno exceperis animo, et nominis tui quasi auctoritate protexeris. Hanc spem meam auget in primis præclara consiliorum tuorum factorumque ratio, quæ eo dumtaxat ex communi omnium consensu pertinet, ut regni regisque nostri invictissimi gloriam amplitudinemque, si tamen accessione aliquam admittunt, quocumque modo amplifikes. Nam cum in hoc opere elaborando nihil aliud mihi propositum fuerit, quam ut egregia quæque Gallorum facinora, ut suscepta olim incredibili animo, ita feliciter toto Oriente, laudabiliusque perfecta, collocarem in meliori lumine, tum hoc pergratum tibi, perque jucundum fore confido, ad commendandam quippe Galliæ gloriam, cui uni inservis, omnino accommodatum.

EJUSDEM PRÆFATIO.

Cum propensus erga litteras omnes artesque ingenuas amor, non decorus solum principibus viris, iisque quos ad hominum imperia magnasque res et arduas capessendas, seu virtus, seu natura genuit, sed etiam perutilis jure censeatur: tum is maxime qui versatur in hoc studio, quod in historiæ et antiquitatis scientia situm est. Ex ea quippe non superiorum modo notitiam ætatum, sed et certa civilis prudentiæ petuntur documenta, et alienis exemplis et casibus in suis vel communibus gerendis rebus nullo suo periculo cautores evadunt. Et vero historia magistræ morum, et regula posteris est, ad quam vitam dirigere suam jubentur; et quædam clara lux veritatis, quæ sicubi aberrent, aut degenerent, pravitate errorumque in obscuro esse non sinit. Præ reliquis autem Constantinopolitanorum imperatorum annales frequenti rerum humanarum fortunæque, quam in iis legere est, vicissitudine, quid tenendum vitandumque sit, attentis variorum eventuum æstimatoribus haud obscure demonstrant. Hujus porro Byzantinorum historiæ rerum in eam ego partem studiose mihi, ac sane, ni fallor, utiliter incumbendum putavi, quæ et videbatur a nostris hominibus adhuc aut ignorata, aut relicta, et arctiori cognationis nexu cum Gallicis devincta atque conjuncta, lucis iisdem plurimum afferre posset. Eos igitur commentariis et animadversionibus auctores illustrandos constitui, qui in id præcipue stylum contulerunt, ut eam litteris consecrarent: ut appareat non frustra amplissimos viros, qui universam Byzantinam historiam typis hæctenus edendam curarunt, operam collocasse, quo non senescentem modo, sed extinctam prope, scriptorum tam illustrium laudem et memoriam ab oblivione hominum atque silentio vindicarent, qui permulta de nostris rebus, Gallorumque toto fere Oriente laudabiliter ac præclare gestis, haud comperita memoriæ prodiderunt. Quæ certe digna sunt, ut in iis commendandis immortalitati scriptorum omnium certet industria, cum acres sæpe aculeos ad gloriam habuerint alienæ, aut, ut verius dicam, cognatæ virtutis monumenta; nec omnino ferendum sit, ut tot clarissimarum exempla virtutum in tanta tamque diuturna apud posteros obscuritate delitescant. Scribere autem orsus sum ab expugnata captæque a Gallis, tum Venetis Constantinopoli, partim editis ad eam rem in Villharduinum, qui expeditionis hujus, cujus et ipse pars magna exstitit, exordia descripsit, observationibus; partim etiam e probatis scriptoribus Græcis ac Latinis, tum veteribus quoque monumentis e regiis tabulariis, quæ harum expeditionum consilia atque acta conservant, depromptis,

totius historię illius continuatione serieque contexta, quę et salebris impedita explicaret, ac obscurata penęque obruta in lucem proferret. Jam vero en ad novum aggredior opus scholiis notisque illustrandum, quod propter vel eventuum varietatem, vel rerum quas complectitur præstantiam, vel eorum qui id elucubrarunt illustrem dignitatis gradum, præcipuam quamdam apud eruditos gratiam meretur et commendationem. Ea est historia Comnenica, seu imperatorum Constantinopolitanorum ex nobilissima Comnenorum familia, quę præ cæteris, quę hujusce imperii gubernacula tenuerunt, nostris potissimum innotuit, tum ob bella quę cum Francis ac Normannis gessit, tum propter varia cum iis pacis, atque adeo connubiorum et affinitatum inita fœdera. Gentis istius incunabula ac incrementa primus publicavit Nicephorus Bryennius Cæsar, Annę Comnenę Porphyrogenitę Alexii Comneni imperatoris filię conjux: vir non modo splendore natalium inclitus ac magistratuum prærogativa, sed omni etiam disciplinarum genere quam excellentissimus: in cujus quidem commentariis, quę ad priscos illos nostros Normannos, qui in Oriente non modica bellicę virtutis edidere documenta, spectant, plurima occurrunt intermixta. Historiam a conjuge Bryennio exaratam excerpsit et prosecuta est Anna Comnena Cæsarissa, eamque in quindecim libros partita est, quibus Alexiadis appellationem indidit, sen de rebus gestis Alexii Comneni imperatoris parentis sui, qui una cum Isaacio Comneno decessore Comnenorum potentię viam aperuit; quos quidem acriter profecto supra sexum judicio ac singulari elegantia conscripsit. Quippe, ut fidem faciunt scriptores ejus ævi, litterarum laude apprime floruit, ac cultu præsertim Atticę linatęque dictionis. Alexio autem imperante e Gallia Normanni in illius principatu, totoque Græcorum imperio, cum in Italia, atque adeo in Dalmatia, præclaris patris facinoribus plurimum inclaruerunt, tum vero potissimum Franci, cum iis Golefrido duce in Palæstinam properantibus Alexius obstiit, qui non semel cum ingenti suorum strage repulsus est. Robus proinde ipsis, quas cum laude descripsit, et variis utrinque cum imperatore vafro initis fœderibus interfuit, oculisque ipsis plerosque usurpavit ex inclitis illis ducibus ac belli fulminibus, quorum appulsu Oriens totus cohorrui. Quin et singulorum notavit nomina, dignitatem generis et quę gerebant munera designavit. Illustrissimum hoc per conjugum eorumque annales o tenebris primus eruit et Romana civitate donavit Petrus Possinus soc. Jesu presbyter, vir utriusque linguę peritissimus et omni eruditionis genere instructissimus, qui, ut multa alia scriptorum monumenta, Georgii Pachymeris Historiam a se luculenter illustratam, diuque ab eruditis expectatam, hoc ipso tandem quo scribimus anno luce publica donavit. Alexiadem Annęm excipit Joannes Cinnamus imperatorius grammaticus, qui ab excessu Alexii Comneni imperatoris, Annę parentis, historiam suam exorsus, resque ab Joanne imperatore, Alexii filio et Annę fratre, carptim et libro unico complexus, eas potissimum describendas suscepit, quę Manuele Comneno, Joannis filio, imperante acciderent, cum et iis interfuerit, ipsique Manueli militarit, in omnibus quas ille obiit expeditionibus fidissimus comes. Nemo porro ex tot principibus qui Constantinopoli imperarunt, in Latinos æque propenso fuit animo, atque Manuel, cum et uxores Latini generis binas sibi adjunxerit et cum Latinis fœdera plurima pepigerit et Conradum imperatorem Germanicum in castris primum, deinde Adrianopoli; ac regem denique Francię Ludovicum VII Constantinopoli exceperit magnifice, ipsiusque Ludovici filiam Agnetem Alexio filio in uxorem expetierit et obtinuerit. Et sane ea voluntatis et animi propensione fuisse Manuelem in Latinos profuerit scriptores omnes, ut inde non semel subditarum sibi gentium invidiam ac odium conflarit. At cum Cinnami historia, haud ita pridem ex mss. codicibus eruta, nondum regis typis ac Luparęis ornamentis donata esset, hanc iis committere operę pretium visum est, ne quid hac in re ad historię Comnenicę laudem deesset et commendationem. Verum cum ea omnia quę sparsim de rebus potissimum nostratibus in hac nobilissimorum scriptorum triade interseruntur, ut dicam quod res est, non ita sint explicata, in medioque posita (quia de rebus exteris ἀκριβώς et enucleate scribere oppido difficile est), ut a scriptoribus cœvis accessito lumine non indigeant, eorum cum Bryennii Annęque et Cinnami narrationibus comparationem institui, ut rerum quę describuntur veritas elucescat et eorum infirmitur fides, si quando socero gener, paren. filia et principi subditus, plusculum etiam quam concedit veritas, indulserint. Quamquam nuda hac et simplici collatione minime contentus, difficiliores insuper magisque perplexos elegantis istius Historię Comnenicę nodos pro virili extricare studui, atque e tenebris eruere multa quę ad res Byzantinas spectant, non obvia cuivis et expedita. Porro ut imperatorum ac principum, tum Græcorum, tum Latinorum et Turcorum, quorum passim in tota hac Historia injicitur mentio, familię et stammata facilius dignoscerentur, non gentis duntaxat Comnenicę, sed etiam Bryennianę, atque adeo Normannicorum Apulię ducum et regum Sicilię et Turcicorum ac Icomiensium sultanorum indices genealogicos præmittere consultum putavi; interim dum totum quod de familiis Orientalibus digessi opus in publicum prodeat, iis denique adjungere visum est topographiam et descriptionem Constantinopoleos, aliquot annis antequam urbs in Turcorum potestatem concederet a Christophoro de Bondelmontibus Florentino exaratam, brevioribusque notis illustratam; ut et præclarum Pauli Silentiar̄i de Sophiana æde poema, quod in manus meas affecta pene hujusce operis editione pervenit, cum rem gratę facturum me eruditioribus arbitratus sim, si hæc inedita historię Byzantinę monumenta in publicum proferrem.

DE CINNAMO.

De Cinnamo hujusce historię quę elegantissimis et verę regis typis nunc prodit, scriptore quędam observaturus, ordiar a verbis Leonis Allatii, qui in Diatriba de Symeonibus illius elogium perstrinxit. « Cinnamus, » inquit vir eruditissimus, « nescio quo fato a quibusdam Sinnaamus dicitur, reluctante apertissime Vaticano codice, ex quo exempla cętera exscripta sunt. Cinnamorum familia ad hęc usque tempora non contemnen-
da in Gręcia agnoscitur; Sinnamorum nulla est, quę etiam si esset, cum illa historia Cinnamum pręferat auctorem, frustra operam ludent, qui aliter proferant, posterioris exscriptoris incuria decepti. » Certe Cinnamorum familiam in Italia pridem notam constat ex Martiale, apud quem occurrit nescio quis Cinnamus tonsor, eques Romanus effectus, nomine licet tacito notatus a Juvenale sat. 1, in quem ita lusit lib. VII Epigr. 63:

Qui tonsor fueras tota notissimus urbe,
Et post hęc dominę munere factus eques:
Sicanias urbes, Ætnęque regna petisti,
Cinnamo, cum fugeres tristia jura fori.
Qua nunc arte graves tolerabis inutilis annos?
Quid facit infelix et fugitiva quies?
Non rhetor, non grammaticus, ludive magister,
Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes:
Vendere nec vocem Siculis plausumque theatris;
Quod superest, iterum, Cinnamo, tonsor eris.

Exstat pręterea Romę vetus inscriptio, quę Cinnamorum familiam Italicam asserit, hisce concepta verbis: RELIQUIÆ CINNAM. TI. CÆSARIS. AGG. FAUSTIANI. Sed et senescente Gręcia sedem fixisse in Apulia docet Joannis archiepiscopi Barensis diploma, quod descripsit Ferdinandus Ughellus in Episcopis Juvenacensibus n. 1 exaratum: « Quadragesimo anno imperii Constantini, simulque cum eo regnante Romano Porphyrogenito dilecto filio ejus, serenissimis imperatoribus, » proinde a. Chr. 951 in quo mentio habetur « Pandonis clericis, filii Cinnami imperialis spathę » (id est spatherii) « quondam, et judicis Juvenacię. » Ex quibus perspicuum etiam fit Cinnamos sub imperatoribus Constantinopolitanis in Italia munia non contemnenda obiisse, unde postea Constantinopolim et in Thraciam concesserunt. Quippe pręter Joannem Cinnamum hujusce historię scriptorem, qui Manuelli imperatori meruit, nonnullos alios Cinnamos memorat Joannes Cantacuzenus, lib. III, cap. 26, 89, 95 et 97, quos iis qui vulgo Ἀρχοντες indignantur, florebantque sub Palęologis, accenset, ut et Michael Psellus hisce versibus ab Allatio laudatis:

Τοῖς ἐν κτέουσι καὶ συνουστωμένοις,
Εὐχρητικοῖς, ἀρχοῦσι τῆς ἐκκλησίας
Βάρδασι. Προχοπτοῖς τε, Κιννάμοις πλείον, etc.

Ex Cinnamorum igitur nobili satis et antiqua gente ortus Joannes Cinnamus vixit sub Manuele Comneno, cujus res gestas aliquot libris digessit, quemadmodum et Joannis parentis. Sed Joannis vitam leviter unicoque libro perstrinxit, quod, ut ipse ait, eo imperante ac nondum plane fati functo, nondum ad maturam ætatem pervenisset. At Manuелиs historiam eo libentius scribendam suscepit, quod et vixerit illius ætate, eique mernerit ab ipsa adolescentia, et plurimis in utramque continentem ab eo susceptis expeditionibus interfuerit; adeo ut neminem alium majori cum fide et diligentia istud operis aggredi posse existimaret. Huc accedebat quod litteris non modo humanioribus, sed etiam divinis apprime esset instructus, proindeque historię scribendę perquam idoneus. Nam, ut Allatii de Cinnami scriptoris characterē judicium appingam, « auctor est elegans si quis alius, formulis dicendi peręgrinis sæpius utitur, figuris ex sophistarum penu. Periodi illi concisę, planę, nisi cum compositionis novitate asperantur et obscurantur. Totum se, ut verbo extricem, ad Procopium componit. Et mirum est inter tot alios posterioris sæculi scriptores tumultuarie in dicendo scribendoque delirantes, hunc tantum sapuisse. » Cinnami vero in rebus theologicis eruditionem commendat Nicetas Choniates in Andronico Tyranno, lib. II, n. 5, cujus etiam specimen non unum in historia sua suppeditat, cum de iis disserendi sese offert occasio. Certe in isto opere, ut in enarrandis Gręcorum gestis nimium sibi videtur indulgisse, dum ea longe majora, quam erant, facit, ita in pontifices Romanos, imperatores Germanicos, atque adeo in Latinos omnes, ex innato Gręcanicis ingenii in illos odio, seu potius invidia, parum æquus, imo semper et scriber intemperans est. Sed id, ut dixi, non Cinnamo duntaxat, sed cęteris etiam scriptoribus Gręcis seu Byzantinis familiare est. Militari studio operam dedisse Cinnamum,

sitae. Vineae pro qualibet in ea trium vel quatuor vegetum (55) vini crescit. *Cisterna S. Joannis de Petra* (56), *cisterna Pantepopti* (57), *cisterna Pantocratora*, *cisterna* (58) *Apostolorum*, *cisterna Mahumeti* (59), in qua ita subtili artificio sunt ordinatae columnae, quod est incredibile ad narrandum, et aliae multae sicut *Sancta Sophia* (60), quae est principalior aliis, et Justinus [Justinianus] in 15

Du Cangii notae.

extinctus est, CP. detulisse milites, posteaque a Constantio in aedem SS. Apostolorum illatum, et in monumento porphyreico depositum una cum matris Helenae corpore. Cedrenus: Καὶ ἀνατίθη ἐν λάρνακι πορφύρεῳ, ἦτοι Ῥωμαίων, αὐτὸς τε καὶ ἡ μήτηρ Ἑλένη. Ita etiam Nicephorus Callist. l. viii, c. 55 et auctor Hist. Miscellae l. xi. Scribit Gyllius in CPoli l. iv, c. 2 sua aetate, secundum viam istam, quae tendit per dorsum promontorii ab aede Sophiae ad portam Adrianopolitanam, prope locum ubi fuit templum Apostolorum, existisse solum ex porphyreico marmore factum, sed vacuum, et carens operculo, longum 10 pedes, altum 5 pedes et senissem, quod Graeci et Turci dicebant esse magni Constantini. At Zonaras non in ipso Apostolorum templo existisse illud sepulcrum narrat, sed ἐν ἰδιαιζούσῃ μὲν ποίστον, ἣν ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. (Constantius) φυλάττεισεν. Inde in aedem Acacii Constantini corpus transtulerat Macedonius patriarcha, qui eo facto Constantii indignationem incurrens, dignitate privatus est. Sed non multo post in pristinum locum relatum est, uti narrat idem Zonaras. Verum cuiusvis materiae fuerit istud Constantini sepulcrum, id constat fuisse variis ornamentis aureis circumpositis insigni, quae a furibus ablata esse Alexio Angelo imperatore narrat Nicetas in Vita Alexii l. i, n. 8. Ad illud procedere solitum imperatorem die D. Constantino festo, qui est 21 Maii, scribit Codinus, De offic. aulic. Cp. c. 15. Meminit etiam Constantianae monumenti Manuel Chrysoloras, in Epist. ad Joann. imp. p. 121.

(47) *Columna ubi Christus*. Tradit Martinus Crusius, in Notis ad Malaxum, existisse sua aetate in ecclesia patriarchali, quam τοῦ παμμαχαρίστου fuisse ait, columnam ad quam Christus flagellatus dicitur; aedis vero τῆς παμμαχαρίστου mentio est apud Cantacuzenum, l. iii, c. 80; Pachymer. l. x, c. 9, Ducas c. 22, Malaxam, Histor. Politicam, etc. De hac columna aegunt pluribus Gretserus, tom. I. De Cruce, l. i, c. 96; et Ferrandus, l. i. Disquisit. reliq. c. 2, p. 76 et seq.

(48) *Pantocratoris*. De hac aede vide Notas ad Cinnam l. i.

(49) *Lapis ubi Joseph*. Ut in aedem Pantocratoris Epheso translatus sit, narrat Nicetas in Man. l. D. vii, n. 7; et Cinnamus, l. vi.

(50) *S. Joannis de Petra*. V. Notas ad Alexiadem, p. 54.

(51) *Vestimenta Christi*. V. Ferrandum, Disquisit. Reliq. l. i, c. 2.

(52) *Arundo*. V. Tyrium, l. xx, c. 25; et Ducam, c. 41, p. 172.

(53) *Spongia*. Illata in urbem anno 4. Heraclii, 14 Sept. Ind. 3. Chron. Alexandr. p. 880. Vide W. l. Tyrium, l. xx, c. 25; Ducam, c. 41, p. 172, 40, 3; Histor. Franc. p. 343.

(54) *Lancea*. Qua latus Domini aperuit Longinus, Hierosolymis allata in urbem, et in Magna ecclesia reposita 28 Octob. A. 4. Heraclii. Chron. Alexandr. p. 882. V. Not. ad Alexiadis p. 242 et 326.

(55) *Vegetum*. Italica *vegga*, est modius vini.

(56) *Cisterna S. Joannis de Petra*. A Manuele im-

peratore exstructa, ut auctor est Cinnamus, l. vi.

(57) *Cisterna Pantepopti*. De hac cisterna silent scriptores, aedis vero τοῦ παντεπόπτου mentio non seorsim occurrit. Ab Anna Ducena, Alexii imperatoris matre, exstructum hocce monasterium scribit Zonaras et Glycas, et cum a rerum administratione sese abdicasset, in illud recessisse, ibique reliquum vitae exegisse. Neque tantum virorum fuit, sed et feminarum: in illud relegatos Theodosium patriarcham CP. Alexio Manuelis filio imperante, et Lapidam quemdam, qui sub Andronico tyrannide invaserat, scribit Nicetas in Alexio n. 8 et in Andron. l. i, n. 4, qui illud procul a Sophiana aede dissitum fuisse ait. Idem in Murtzuphlo n. 2 in colle aedificatum tradit. Meminit monasterii τοῦ Σωτήρος παντεπόπτου CPoli Pachymeres, l. iv, c. 28; et Bessarion in opuscul. De process. Spirit. sancti ad Alexium Lascarium Philanthrop.

(58) *Cisterna Apostolorum*. Scribit Gyllius, l. iv, c. 2 aedis Apostolorum nulla restare hodie vestigia, ac ne fundamentorum quidem, nisi fundamenta quaedam cisternae, quae aquam suppeditabat aedi apostolicae, in cuius quidam cisternae solo sunt officinae et tabernae ephippiorum circiter ducentae. Eadem forte cum Arcadiana quam in 11 regione statuit vetus urbis Descriptio, ubi etiam existit aedes Apostolorum.

(59) *Cisterna Mahumeti*. Quis iste Mahumetes fuerit, haud facile est divinare, ut et qua in urbis regione cisterna ista existerit: etsi probabile est alia fortasse appellatione donata. Nam quam plurimas in urbe cisternas recensent scriptores Byzantini, Arcadianam, Asparis, Basilicam, Boni, Frigidam, Basilicam Illi, Magnaurae, Maximam, Mocesiam, Modestiacam, Philoxenon, Phocae, Pulcheriae seu Aetii, Theodosiacam, Palatii, et aliquot alias.

(60) *Sancta Sophia*. Praestat hoc loco perstringere quae Graeci aliquot et Latini scriptores de Sophianae aedis elegantia passim habent. Procopius l. i, De aedif. Justin. c. 1: Θέαμα τοίνυν ἐκκλησία κεκαλλιστευμένη γεγένηται, τοῖς μὲν ὀρώσιν ὑπερφυῆς, τοῖς δὲ ἀκούουσιν πανταλῶς ἄπυστον. Ἐπιήρται μὲν γὰρ εἰς ὕψος οὐράνιον ὄσον, καὶ ὡς περ τῶν ἄλλων οἰκοδομημάτων ἀποσπλεύουσα ἐπινένευκεν, ἐπιχειμένη τῇ ἄλλῃ πόλει, κοσμοῦσα μὲν αὐτήν, ὅτι αὐτῆς ἐστίν, ὠραῖζομένη δὲ, ὅτι αὐτῆς οὖσα καὶ ἐπεμβαίνουσα τοσοῦτον ἀνάγει, ὥστε δὴ ἐνθόνδι ἡ πῖλις ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖται. Alibi: Ὁπνίχα δὲ τις εὐξόμενος ἐς αὐτὸ τοῖ, ζυγίηται μὲν εὐθὺς ὡς οὐκ ἀνθρώπινα δυνάμει ἡτέρι, ἀλλὰ θεοῦ βοῆ; τὸ ἔργον τοῦτο ἀποτετόρνευται. Ὁ νοῦς δὲ οἱ πρός τὸν θεὸν ἐπαίρόμενος ἀροθατεῖ, οὐ μακρὰν ποῦ ἠγούμενος αὐτὸν εἶναι, ἀλλ' ἐμφιλοχερεῖν μάλιστα οἷς αὐτὸς εἰλετο. Καὶ τοῦτο οὐ τὴν πρώτην μόνον ἰδόντι ζυγαθαίνει, ἀλλὰ διηνεχῆς ἕκαστω ταύτῃ τοῦτο δοκεῖ, ὡς περ ἐνταῦθα τῆς θῆρας ἀεὶ ἀρχομένης. Τοῦτο κέρρον οὐδε εἰ τοῦ θαύματος ἔλαθε πῶποτε, ἀλλὰ κερρόντες μὲν τῷ ἔργῳ ἄνθρωποι τοῖς ὀρμύμενος γεγῆθασιν, ἀπίοντες δὲ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ διαλόγοις ἀποσημνώνονται. Michael Psellus in Mouchia: Τὸν περιγαλλῆ ναὸν, τὸν ἀσύγκριτον οἶκον, ὃν φυλάττεισεν ἡ Σοφία ἐπὶ τῷ ἑαυτῆ; ὀνόματι, καὶ οὐ ὑπῆρξε τοῖς ἐπὶ τῷ στόλῳ; ἐκείνου; Nicephorus Call. in Pro-

sunis (61) illud explicavit opus. *Sauctus Georgius A zarus* (62), *Chiramas* (63), *Enea* (66), *Petrus et de Mangana* (62), *Sancta Herini* (63), *Sanctus La-* *Paulus* (67), *Sancti 40 Martyrum* (68), et sua ci-

Du Cangii notæ.

αἰμίω : Τὸ ἀπερινόητον καὶ ἀμήχανον ἔργον, τὸ ἀβή-
τον κάλλος, τὴν εἰκόνα τῆς αἰθέρου αὐλῆς, τὸ κοινὸν
ἀνθρώπων, εἶπω δ' ἔτι καὶ ἀγγέλων, ἐνερύφημα καὶ
ἄρασμα, τὸ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου Σοφίας θεῖον ὄντως
λέγω ἀνάκτορον. Cantacuzenus, l. iv, c. 4 : Ὁ γὰρ τοῖ
τῆς Σοφίας, κάλλι τε καὶ μεγίστοι τοὺς ἀπανταχοῦ
νικῶν, καὶ ὡσπερ τι κοινὸν ἀγαλμα τῆς Ῥωμαίων
ἡγεμονίας ὦν, καὶ δαίγμα τῆς μεγαλουργίας καὶ τῆς
περὶ τὰ κατὰ φιλοτιμία, etc. Ducas, c. xi : Ὁ ἐπὶ τῷ
ὄνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας ἀνοικοδομηθεὶς
ναὸς, καὶ τέμενος τῆς ἁγίας Τριάδος ὀνομαζόμενος,
καὶ Μεγάλη ἐκκλησία, καὶ νέα Σιών, σημερινὸν βω-
μὸς βαρβάρων. καὶ οἶκος τοῦ Μωυσαίου ἐπεκλήθη
κα γέγονεν. Manuel Chrysoloras, p. 122 : Ἀλλὰ ναὸς ἐ-
κείνος, ᾧ καλῶς ποιῶν ἐκαίνοιο τὸνομα τῆς τοῦ Θεοῦ
Σοφίας ἐπεφήμησε (ἔστι γὰρ ὄντως οὐκ ἀνθρωπίνης
σοφίας ἔργον), εἶνα ἰδόντα ἔλασι ἔτερα τοῦ λοιποῦ λέ-
γειν. ἢ θαυμάζειν, ἢ ἑτέρων τοῦ λοιποῦ μνησθῆναι,
etc. Historia Politia, p. 12 : Πῶς καταδέξατο ἡ ἐπ'
ὄνόματι τοῦ Θεοῦ Λόγου κτισθεῖσα ἁγία Σοφία, ὁ ἐπι-
γίσιος οὐρανός, ἢ νέα Σιών, ἣν ἐπέξεν ὁ Κύριος καὶ
οὐκ ἀνθρώπος, τὸ καύχημα πίστεως τῆς οἰκουμένης,
τὸ ἀγαλμα τῶν ἐκκλησιῶν, ἢ ὑπερέχουσα πάντων
τῶν τῆς γῆς κτισμάτων. Hæc Græci scriptores ;
at ex Latinis, Corippus, l. ii De laudibus Ju-
stini :

*Ilicet angelici pergens in limina templi
Imposuit pia thura focis.*

Item, l. iv. De templo Sophiano a Sophia Justini
conjugæ instaurato :

*Jam Salomoniaci sileat descriptio templi,
Cedant cunctorum miracula nota locorum,
Inclyta præclarum duo sunt imitantia cælum
Constitio fundata Dei, venerabile templum,
Et Sophianarum splendentia tecta novarum.
Principis est hæc aula Dei, etc.*

Regino A. 459 de Justiniano: *Exstruxit quoque
CP. templum, quod Græco vocabulo Ἁγίαν Σο-
φίαν nominavit: ejus opus adeo cuncta ædificia
excellit, ut in totis terrarum spatiis huic simile non
possit inveniri. Similia habet Uspersensis. Gu-
lielmus et Baldenzeel in Hodæpor. : Credo quod
sub cælo, postquam mundus creatus est, non fuit
tale ædificium completum, quod huic poterit in
nobilitate et magnitudine cæteris paribus compa-
rari.*

(61) In 15 annis. In eodem errore versantur
Codinus in Orig. CP. et Michael Glycas, et ex
iis D. De Breves in Itin. Orient., qui scribunt tem-
plum Sophianum annis 17 constructum fuisse. Sed
hæc mera sunt signa Græcorum sequioris ævi ;
quippe intra annos 5 et menses 11 absolutum
a Justiniano constat. Cum enim conflagrasset
Magna ecclesia, seu ædes S. Sophiæ a Constantino
M. seu, ut aliis placet, Constantio filio, ædificata,
et a Theodosio juniore instaurata, in seditione
Victoriorum, quæ accidit an. Justiniani 5, Chr.
532. ind. 10 post cons. Lampadii et Orestis, 15
mensis Januarii, hanc idem imperator composita
civitate, et punitis seditionis auctoribus, cœpit eode
n. anno de novo instaurare. Ita Chronicon Alexandr.
p. 726 et Marcellinus comes. Cedrenus, p. 374
diem cœpti operis 23 Februarii adnotat. Sed er-
ror est in anno mundi, quem 6008 fuisse ait, seu
potius librarii, qui ἐν τῇ ζη', pro ζμ', facili lapsu
scripsit. Proinde annus mundi juxta Græcos fuit
6040, ut recte Zonaras tradit. Sed in indictione,
quam 15 cucurrisset hoc anno uterque voluit, per-
inde mendum est manifestum, cui certum sit
decimam reponi debuisset. Id evidenter patet ex

verbis ejusdem Cedreni, tradentis a die quo con-
flagraverat M. ecclesia, ad Eneæniorem diem ec-
clesiæ Justinianæ, elapsos annos 5 menses 11
dies 10. Atqui conflagravit M. ecclesia 15 Januarii
a. Chr. 532, hoc est, primo seditionis die, quæ in
quintum usque protracta est, a quo ad dedicatio-
nem quæ facta est 26 Decembris a. Chr. 537 post
consulatum Belisarii secundum, indict. 15, a Ju-
stiniani 11, intersunt tot anni et menses, quot a
Cedreno computantur. Eneænia enim S. Sophiæ
hoc die celebrata fuisse tradit Marcellinus comes :
*Ecclesia major CP ab imperatore Justiniano sin-
gulariter in mundo constructa dedicatur die vi Kal.
Januarias.* At cum a Justiniani 32 trullæ seu
hemisphærii pars occidentalis terræ nota decidisset,
unaque et sacra mensam et ciborium et ambonem
contrivisset ; Justinianus, his reedificatis, ecclesiam
rurum dedicari jussit hoc anno, ut pluribus tradunt
Chronicon Alexandrin., Theopaneus, Cedrenus,
Hermannus Contractus, et alii ; a quo ad
annum cœptæ totius ecclesiæ exedificationis inter-
sunt anni 22, ex quibus colligitur Græcorum, si
ad secunda Eneænia respexerint, ne sic quidem
constare calculum.

(62) S. Georgius de Mangana. De hac æde dixi-
mus ad Villhard. n. 178 et in Tract. Hist. de capite
S. Joan. Bapt. c. 8, n. 11. Adde Alexiadem,
p. 80.

(63) Sancta Herini. Tria potissimum CP. Irenæ
nomine fuisse templa comperio. Primum quod
Constantinus M. juxta ædem Sophianam exstruxit,
de quo Socrates, l. i, c. 16 ; l. ii, c. 6 ; Cedrenus
pag. 282 ; Paul. Diac. l. xi ; Niceph. Call. l. ix,
c. 4, etc. Hanc ædem Codinus Irenem antiquam
appellatam fuisse ait, ut et vetus urbis Descriptio.
Nominis rationem tradit auctor vîsæ Pauli patriar.
CP. apud Photium : Χριστονομία ὁ Παῦλος ἐπίσκο-
πος ἐν τῇ τῆς Ἁγίας Εἰρήνης ἐκκλησία, ἣν ὁ χρόνος
ἀντιδιαστέλλον τῆς νέας δέδωκε καλεῖσθαι παλαιάν.
Cum conflagrasset in seditione Victoriorum, ut
est in Chronico Alex. et apud Zonaram, Cedrenum,
etc., multo amplioem exstruxit Justinianus Nov.
iii, c. 3. Hæc intra septimum regium includit et
parvam Sophiam appellari auctor est Gyllius in
CP. l. iii, c. 2. Altera ædes D. Irenæ in 7 regione
exstitit, ut est in veteri urbis Descript. Hanc Mar-
cianus imp. condiderat, uti discere est ex Nicea
in Manuele, l. iii, n. 7, seu, ut voluit Synaxaria,
ad 8 Januarii, S. Xenophon, qui eodem Marciano
imperante vixit. Tertia denique ædes D. Irenæ sa-
cra ea est, quam Justinianus ad ostium sinus Cera-
tivi ædificasse auctor est Procopius l. i De ædif.
Just., quam Theopaneus dedicatam fuisse ait a.
25 Justin. Exstitit præterea in Syeis ædes D. Irenæ,
de qua Niceph. Call. l. viii, c. 6. Porro priorem
ædem hic innui existimo.

(64) S. Lazarus. Monasterium S. Lazari condidit
Leo Philosophus, monachis eunuchis in eo insti-
tutis ; ubi corpora etiam S. Lazari et S. Mariæ
Magdalene ex Cypro et Bithynia allata deposuit,
ut auctor est Leo Grammaticus, p. 480 et 481,
et ex eo Codinus, in Origin. p. 65. Haud procul
a palatio Constantianæ illud statuit idem Codinus,
p. 40 et 41 ; Pachymeres vero m. l. ix, c. 16 juxta
urbis muros ; Μία δὲ τῆς κατὰ τὴν μόνην τοῦ
ἁγίου Λαζάρου πύλῃος ἀνδιχέλης.

(65) Chiramas. Nihil succurrit de hac æde.

(66) Enea. De qua diximus supra.

(67) Petrus et Paulus. Vide notata ad p. 482
Alexiad.

(68) 40 Martyrum. De hac æde fuse egimus ad p.
52 Alexiad.

sterna amplissima optimæ aquæ, in qua, ut dicitur, A nullam invenire ssem, Anastasis (69), Periepleptos (70), Sanctus Joannes de Studio (71), Sanctus

Andreas (72), Vlacherua, etc , in qua tanta copia ubique ædificata remanent ipsarum ecclesiarum, et una pulchrior altera, quod longum esset enarrare.

Du Cangii notæ.

(69) Anastasis. Habuere Novatiani hæretici 7 ecclesias CP. quarum præcipua fuit in ea urbis parte, quæ Pelargi dicebatur, quam episcopi Constantinopolitani jussu Ariani funditus diruerunt. Novatiani vero ejus rudera Sycas transferentes, aliam ibi exstruxerunt, et mortuo postmodum Constantio, a Juliano facultatem impetrarunt reædificandi ecclesiam in eodem loco, ubi steterat, eique Anastasiæ nomen imposuerunt. Ita Socrates l. ii, c. 50; Sozomenus, l. iv, c. 19; et Nicephorus, l. ix, c. 42; l. x, c. 5. Unde idem Socrates, l. vii, c. 39; et Paulus Diac. l. xiv Hist. Misc. ecclesiam istam ad Pelargum, Novatianorum vocant. Alia vero hic innuitur Anastasis, seu Anastasiæ nomine donata ædes, illa nempe quæ ex parvulo oratorio in magnum postea templum ab imperatoribus Byzantinis erecta est. Ejus condendæ occasionem narrat Socrates, l. v, c. 7; Sozomenus, l. vii, c. 5; et Nicephorus, l. xii, c. 7. Quippe aiunt occupatis CP. ecclesiis ab Arianis, quibus tunc præerat Demophilus patriarcha, Ariane istidem factionis, Gregorium Nazianzenum CP. Catholicorum conventum in domo quadam privata egisse, quam ea tempestate Catholici in oratorium mutarunt, cui Anastasiæ, seu Sanctæ Anastasiæ nomen inditum. Marcellinus comes : Gregorius Nazianzenus, sanctissimus Christi sacerdos, et Hieronymi nostri præceptor, ecclesia nostra apud Byzantium capta est Arianis, plebem catholicam in beatæ Anastasiæ oratorio catholica allocutione quotidie continuavit. Eadem habent Theophanes, p. 56, et Cedrenus, p. 315; ipseque Gregorius oral. de somnio Anastasiæ, et alia habita in concilio CP. sub suum. Nominis rationem variè ab auctoribus tradi comperio. Sozomenus et Nicephorus locis citatis Anastasiam dictam scribunt, quod in ea quodammodo Gregorii concionibus catholica fides, Ariarum perfidia internovata et collapsa, revixerit, ἐνθάδε ἀνέστη καὶ ἀνεβίω διὰ Γρηγορίου λόγων. Aliam præterea atlexunt appellationis istius causam iidem scriptores, congregata nimirum ad concionem plebe, gravitatem mulierem e sublimi porticus delapsam eo in loco exspirasse, moxque suscitabatur ab eodem precibus revivisse : Ὅς ἐπὶ παραδόξῳ τε θεῶν ἐνθάδε ἐβίω, ταύτην ἔλαχε τὴν προσήγορ. ἀν ἐξ ἐκλήρου ὁ τόπος. Καὶ περὶ μὲν τούτου τοιοῦτος εἰσέτι νῦν φέρεται λόγος; verba sunt Sozomeni. Utramque nominis rationem alligit etiam Cedrenus : Δισσῶς λέγεται ἡ κτινωμία τοῦ τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας ναοῦ Ἀνάστασις μὲν διὰ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας λόγον ἐν ταύτῃ ἀναστήναι, Ἀναστασίαν δὲ, διὰ τὸ συμβῆναι ἐς αὐτὴν θαυματουργήμα, etc.; ex quibus patet non Anastasiam duntaxat dictam hanc ædem, sed et Anastasim, ut appellatur a Bondelmontio. Permanit eo stata oratorium Anastasiæ, ædes nempe parvula, ad tempora Leonis Magni, quo imperante S. Marcianus presbyter et œconomus eam in augustiorem formam propriis sumptibus exstruxit. Cedrenus : Μικροῦ δὲ ὄντος τοῦ εὐκτήριου, ὕστερον ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μαρξιανοῦ ἀνοικοδομηθῆναι, καθὼς ὁράται. Synaxaria ad 8 Januarii, de S. Marciano : Ἐβέλματο δὲ καὶ τὸν τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας τὸν ἐν τοῖς δομνίνου ἐμβόλοις, ὃν καὶ ἀπὸ τοῦ μεγάλου διέσωσεν ἐμπρησμοῦ, etc. Iis consentit Codinus, in Origin. p. 46 edit. reg. Ut vero ædem Anastasiæ ab incendio servaverit S. Marcianus, narrat Theodorus Lector Ecl. i, p. 482, et Theophanes p. 97. At Socrates, l. v, c. 7, non a Marciano, sed ab imperatoribus ipsis exstructam refert : Ὅτινι ὕστερον οἱ βασιλεῖς μέγιστον οἶκον εὐκτήριον προσανά-

ψαντας Ἀναστασίαν ὀνόμασαν. Sed et Sozomenus, l. vii, c. 5, amplitudine et elegantia, necnon et crebris miraculis perinsignem fuisse testatur : Μετὰ δὲ ταῦτα περιεπαιεῖς εἰὼν ἐν τῇ πόλει νεῶς γέγονεν, καὶ ἔστιν οὐ μόνον ἀλοδομημάτων κάλλει τε καὶ μεγέθει, ἀλλὰ καὶ ἐνεργῶν θεοφανείων ὀφειλάς. Quin etiam tradit Photius collice 59 in pseudosynodo in suburbio Chalcedonis contra S. Joannem Chrysost. coacta, objectum fuisse eidem Joanni, ὅτι τὰ μάρμαρα τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας, ἃ ὁ Νεκτάριος εἰς μαρμάρωσιν τῆς ἐκκλησίας ἐναπέθετο. οὗτος διέπρασε. Ex quibus colligitur jam ante Leonis tempora structuræ elegantia conspicuam existitisse. Utcunque sit, tum demum eo imperante Sirmio Cpolim translata divæ Anastasiæ reliquias, et in ædem eidem sacram, quæ exstabat in domini porticibus illatas tradunt Theodorus Lector. Ecl. ii, p. 191, Theoph. p. 96, Cedrenus p. 347, et Nicephor. l. xiv, c. 10 : Ἐπὶ Γενναδίου πατριάρχου, ἠνέχθη ἀπὸ τοῦ Σιριλίου τὸ λευκὸν τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατατέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς, τῷ ἐντι ἐν τοῖς δομνίνου ἐμβόλοις. Verum an divæ Anastasiæ martyri primum sacra fuerit, atquequam illius eo inferrentur reliquias, addubitari potest, etsi Sanctæ Anastasiæ ædem ante ea tempora appellent Marcellinus Comes, Theophanes, et Cedrenus in Valentiniano : nam Sanctæ appellatio indita videtur, quod in sacrum templum immutata fuerit, aut quod ὀρθοδοξίαν a S. Gregorio inductam et resuscitatam ita indigitare voluerint Byzantini. Cum igitur primum Ἀνάστασις et Ἀναστασία simpliciter diceretur, addito etiam interdum ἄγλας epitheto, factum postea ut in resurrectionis Christi honorem dicatam primitus crederent, qua appellatione indigitabatur Hierosolymitanum templum. Id colligo ex Constantino Porphyrogenneta in Basilio, c. 54, scribente imperatorem hunc, ἐν τοῖς δομνίνου λεγομένους ἐμβόλοις εἶναι εἰς ὄνομα τῆς θείας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστασιως, καὶ Ἀναστασίας τῆς μάρτυρος περιεκαλλῆ ναὸν exornasse. Illiusque testudinem ex ligna lapidum ant fecisse. Eadem verba habet Seyllizes. Ex prædictis colligitur Anastasianam ædem in ea urbis regione existitisse, ubi erant porticus Domini, e regione publici balnei Dagistæi nuncupati, ut ait Cedrenus, p. 392 in regione septima, ut est in veteri urbis Descriptione. Porro ædes illa divæ Anastasiæ martyri, quam Φαρμακολογίαν vocant, quæque martyrium passa est Valeriano imperante, sacra fuit. Illius corpus etiamnum Constantinopoli asservari in ecclesia patriarchali Græcorum auctor est R. P. Pacificus in Itinerario CP. p. 38. Hujus festum aiunt Græci 29. Latini 28 Octobris. Vide Menolog. Sirlleti 12 Octob. et Baron. ad 25 Decemb.

(70) Periepleptos. Vide notas ad Alexiadis p. 70.

(71) S. Joannes de Studio. Vide tractat. De capite S. Joannis Bap. c. 7, n. 9; et Gyll. l. iv, . 9.

(72) S. Andreas. Hanc ædem exstruxit Arcadia, Theodosii junioris sonor, a qua Arcadiæ dicta, ut est in Chronico Alexandr. p. 711. Existit illa juxta templum Sancti Mocii, cumque fere collapsa esset, hanc refecit Basilius Macedo, uti tradunt Constantinus in Basilio c. 54 et Seyllizes p. 587. Renovavit iterum Theodora Mic'aelis Paleologi imp. e sorore Eulogia neptis, ut est apud Gregoram, l. v et vi, p. 119 et 128, qui monasterium feminarium fuisse ait.

Sunt enim per civitatem pauci habitatores et inimici Latinorum, qui nunquam secretarum pacem cum iis obtinebunt, et si promittant, non observant. Fuit enim hæc urbs pulcherrima valde, et aula sapientiae et honestatis, nunc vero ad ignorantiam, et duritiam vetustae opinionis perventi peccato gulæ adhaeserunt, et in tantum delati [f. delicati] propter copiam piscium (73) et carnium, quod pars quarta ipsius ad morbum inciderunt lepræ, et doctrinam

A Joannis Chrysostomi, Damasceni, et aliorum sanctorum Patrum dimisere. Ad trionem [septentrionem], per unum milliare, Pera (74), Januensium pulcherrima civitas est, et per sium ab urbe separatur. Sunt etenim ab isto loco usque ad mare Pontum, sen Euxinum, 18 milliaria, ad trionem ore tenuissimum, cum periculo intrantium hodie navium, cum quibus postquam de urbe narravimus, ad Ægeum mare ad insulam Statimini revertomur.

Du Cangii notæ.

(73) Propter copiam piscium. Bushequius: *E media CP. jucundissimus est in mare, albenemque perpetuis nivibus Olympum Asiæ prospectus. Mare piscibus omni ex parte fertissimum, modo demittentibus se ex Mæotide Pontoque per Bosphorum et Propontidem in mare Ægeum Mediterraneumque, modo ex illo subvenientibus in ipsum Pontum, sicuti natura fert piscium, tantis agminibus, tamque densis, ut interdum etiam manibus capiuntur. Itaque*

frequentissima est scombrorum, pelamydum, capitonum, syoodontum, xiphium iis locis piscatio, in qua se precipue exercent Græci, magis quam Turcæ: tametsi nec isti positos in mensa pisces aspernantur, etc.

(74) Pera. De Pera copiose egimus in Historia Gallo-Byzantina, lib. v, n. 32; et in not. ad Villbard. n. 83.

ANNO DOMINI MCLXXX.

MANUELIS COMNENI

IMPERATORIS

NOVELLÆ CONSTITUTIONES.

I.

AUREA BULLA DE IMMUNITATE CLERICORUM (1).

Balsamon, seu ejus scholiasta, ad synodium Nicenam secundam, capite quarto: Ὁ ἀείμνητος ἐν βασιλευσί κύριος Μανουὴλ ὁ Κομνηνὸς διὰ χρυσοβούλλου, ἀπολυθέντος κατὰ τὸν Φεβρουάριον μῆνα τῆς ζ' ἰνδ. τοῦ ςχ' (2) ἔτους, ἐφιλοτιμήσατο πᾶσι τοῖς ὀπουδήποτε τῶν χωρῶν τῆς Ῥωμανίας προσκαθημένους ἱερεῦσι καὶ δημοσιακοῖς τελεσταῖς οὗσι μὴ μόνον ἐξκουσεῖαν πάσης δημοσιακῆς ἐπιτηρείας, ἀλλὰ καὶ ἀτέλειαν τοῦ ζευγολογίου. Μετὰ δὲ τίνα καιρὸν ἀπεχαρίσατο τοῦτοις μετὰ δοχῆς ἀτέλειαν. Τῆν δὲ τοιαύτην φιλοτιμίαν τῆς ἐξκουσεῖας τῶν δημοσιακῶν ἐπιτηρειῶν ἀπεχαρίσατο καὶ τοῖς ἐν πᾶσι προσωπικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς καὶ μοναστηριακοῖς κτήμασι προσκαθημένοις ἱερεῦσι· πλὴν τῶν μὲν δημοσιακῶν ἱερέων τὴν ποσότητα δι' ἀπογραφῆς ἐστενοχώρησε διὰ τὴν δοχὴν τῶν συμπαθηθέντων τελεσμάτων αὐτῶν ὥστε εἰς τὸ ἐξῆς μὴ ἀβέβαια εἶναι ταῦτα, τοὺς δὲ λοιποὺς προσωπικοὺς ἱερεῖς οὐκ ἠδύκνησαν ἀπογραφῆναι πάντως διὰ τὸ μηδὲ ὀφείλειν γίνεσθαι χάριν τούτων δοχὴν οἰανδήτινα. Adduntur hæc: Ἐπεὶ δὲ μετὰ τινος χρόνου, ἱερέων τινῶν δημοσιακῶν ὑπερβαίνοντων τὴν ποσότητα τῶν, ὡς εἰρηται, γενομένων ἀπογραφῶν ἐλκομένων εἰς ἀπόδοσιν πλωτῶν καὶ λοιπῶν δημοσιακῶν ἐπιτηρειῶν, ὑπεμνήσθη ὁ κραταῖδς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς παρὰ τοῦ ἀγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Λουκά, καὶ συνέζητήθη κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν, εἰ βοηθοῦνται καὶ οἱ τοιοῦτοι δημοσιακοὶ ἱερεῖς ἀπὸ τοῦ βηθέντος χρυσοβούλλου εἰς τὸ ἐξκουσεῖσθαι τέως ἀπὸ τῶν δημοσιακῶν ἐπιτηρειῶν. Διεγνώσθη συνοδικῶς, ἔχειν τοὺς τοιοῦτους ἱερεῖς τέως τὴν ἐξκουσεῖαν ἀπὸ τῶν ἐπιτηρειῶν. Εἶπε γὰρ ἡ ἅγια σύνοδος, ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ προοιμίου, ἀλλὰ μὴ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐξκουσεῖσθαι πάντας τοὺς προσωπικοὺς ἱερεῖς μηδὲ ἀπογραφομένους, παρίσταται ἐναργῶς τὴν βασιλικὴν εὐεργεσίαν πρὸς πάντας ὑπαπλωθῆναι τοὺς ἱερεῖς. Ἄδικον δ' ἔφασαν καὶ τῆς βασιλικῆς εὐεργεσίας ἀλλότριον, τούτους μὲν τῷ δημοσίῳ μηδὲν συνεισφέροντας ἐξκουσεῖσθαι διὰ τὴν τιμὴν τῆς ἱερωσύνης, ἐκείνους δὲ τελεσταῖς ὄντας τοῦ δημοσίου ἐπηρεάζεσθαι καὶ τὴν ἐκ τῆς ἱερωσύνης μὴ ἔχειν περιθάλψιν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς λαϊκοὺς εὐθύνεσθαι. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς α' ἰνδ. τοῦ ςχ' [ος'] ἔτους γεγονός χάριν τούτου συνοδικὸν σημεῖωμα.

(1) Anno 1144.

(2) Lege ςχνϑ'. Vide Zachariam a Lingenthal, pag. 452.

II.

AUREA BULLA DE INSTRUMENTIS MONASTERIORUM (5).

Balsamon ad synod. Νικηαυαυ η, c. 12: [Χρυσόβουλλον] τὸ... κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς θ' ἰνδ. τοῦ αὐτοῦ ἔτους γεγὼς, καὶ διοριζόμενον, μὴ βλάπτεισθαι τὰ μοναστήρια ἐκ τοῦ ἰσως χωλεύειν κατὰ τι τὰ προέδρα τοῦτοις δικαίωματα.

III.

AUREA BULLA VENETIS CONCESSA (4).

Et aliquis firmioribus quidem urbium munimen A volens apponere, secundas turres excoxit, et custodibus custodes et muris muros appo- ult, et adversariorum assultibus opposuit fortitudinem; verum etiam auri cumulum gravem propter hoc deponere non renuit, et firmitatem¹ perfectioni tempus terere longius, aliaque plura ad urbis augmentum firmitatemque atque circumtutionem^{2,3}. Nos vero, et Imperialem cum Deo circumiecti principatum, et potestatem et virtutem habentes pecuniarumque thesaurum, ubi videtur et opus evocat, largius nonne donabimus amicis et servis et fidelibus et gratis, sermoneque sermonem affirmabimus, et manum dabimus ministrare stylo ad hujus firmitatem, et vallum vallo superponemus, ut olim possessum eis munimen supermuniamus B atque firmemus? Et ubi hoc Imperialis mentis et voluntatis, non igitur eis ostia obserabimus, nec auditus ocludemus, sed illariusque hos respiciemus et petitionem explebimus. Quid michi sermonis vult prolixitas? Veneticis⁴ factus est quidem et ab Imperatoribus⁵, memorabili avo Imperii mei, chrisobylus sermo, donans eis diversa dona; subsecutus vero fuerat rursus hunc et alter ab Imperatoribus, ter beato dilectissimo domino et patre Imperii michi, eadem donans et apponens, quod tunc petiverunt in redificationem amboque⁶ certe ad Imperium eorum servitutis atque fidelitatis et ad Romaniam convente ab eis servare pure dilectionis et affectus. Necessarium ergo, amboque eis ut habebant ipsis dictionibus. presente Imperii nostri sermone nunc renovare, que velut urbem intersitam summitatibus presentis videlicet chrisobuli sermone omnino colligenis et circummuniamus. Habet vero chrisobylus sermo memorabilis Imperatoris domini, domini et patris Imperii michi⁷, sic:

Soles multociens antiquior fides atque benivolentia posteriorem malivolentiam contegere ac delere, victis dominis et amicis memoria prioris subjectorum et amicorum bonitatis; velut nunc quoque in Venetias contigit. Reminiscens enim Imperium meum antiquorum benivolentia et fidei, quam erga semper me-

mōrabilem Imperatorem et dilectissimum patrem ejus⁸ ostenderunt, obicientes se periculis toto animo pro Romania, et cum strenuitate indubitanter certantes contra inimicos qui tunc exercitum eduxerant contra eam, que paulo ante ab eis male gesta sunt, non reputavit, et conversionem eorum accepit, et nutum eis ostendit ilarem, et accedentes in ulnas suas suscepit, et consequenter quidem indulgentia⁹ hos dignos habuit, ut nequaquam jam lesioni cujusvis subicerentur quantumlibet super quibus Imperium meum et Romaniam offenderunt (lex demoniaca sicut videtur violentia), sed perpetuo indulgentiam haberent Imperii mei, que per presens chrysobullion donata est sicut promittentibus rursusque toto animo pro Romania pugnare et omni sub Imperio meo Christianico ordine, simul autem et propria quedam servitia per scriptum et iusjurandum convenientes¹⁰ servire Imperio meo et Romanis, velut facta ab apostasiariis eorum symphonia latius de his tractant. Quoniam vero quesiverunt ante factum sibi chrysobullion beati domini et patris Imperii mei recorrigi rursus et dari sibi, velut qui jam exciderint ex ipso propter culpas que contingerant, exaudivit omnes Imperium meum, et inmutate jussit hoc tamen scribi ponique hic, habens sic:

Et quid unquam sit eorum, que sunt commutatio¹¹ pure amicitie ac fidei? Quid vero amicis et ministris, periculis se obicere pro amicis et dominis elligenibus, reddet quis equi¹² ponderis, et maxime quando spontanee pro his in contamina¹³ in his que contra hostes sunt preliis hi tenerint? Nostre quidem studium voluntatis magnam hanc rem ponens, nichil ad dignam invenit remunerationem. Red it vero, quanta dat temporis¹⁴, et que amicis et ministris sunt placentia. Sunt autem, que retribuntur fidei et pure servitutis premia, nostra quidem studiosa voluntate et spontaneo animo minora ac pauciora, non ignobilia vero quedam, nec amicis et servis indigna. Sed quid michi præmium vult? Eo, que fidelium Veneticorum sunt, nullus omnium ignoravit; et quo¹⁵ modo venerunt constructis multiferis navibus ad Epidaurum, quod Dyrrachium vocamus nos;

Variæ lectiones.

¹ Lege: firmittatis. ^{2,3} Adde: largiri. ⁴ Lib. albus: Venetia. ⁵ Hic et paulo inferius Imperatore legerim. ⁶ Lege: amborum. ⁷ Junge cum verbo dilectionis. ⁸ Lib. albus: Ut. ⁹ i e. Joannis Comneni. ¹⁰ Scil. imperii mei. Intelligitur Alexius Comnenus. ¹¹ Lib. albus: indulgentiam. ¹² Scribend. m erat: convenientibus. ¹³ Hoc verbum transponendum est, sic: Et quid unquam sit commutatio (ἀποθή) eorum, quæ, etc. ¹⁴ Lib. albus: equis. ¹⁵ An: certamina vel conamina? ¹⁶ An: tempus? ¹⁷ Lib. albus: que

(5) Anno 1146.

(4) Hanc Latine ex Libro albo et Libris pactoram integram ediderunt Tafel et Thomas Urk. z.

ält. Handels- u. Staatsgesch. d. Rep. Venedig. To. I (Wien 1856), p. 113. — 124.

et quomodo viros navi pugnantes innumeros in auxili-
um nobis presentaverunt; quomodoque ¹⁸ proprio
stollo scelesti stolium ¹⁹ vi superarunt ²⁰, perdentes
cum ipsis viris; et quod nunc quoque nobis auxi-
liantes perseverant; et alia, que a thalattocopis i. e.
in mari laborantibus viris acta sunt, et que correcta
nonerunt omnes, et si nos non dicamus? Unde et in
remuneracione hujusmodi ipsorum servitorum bene
voluit Imperium meum per presens chrisobullion
sermonem accipere eos annue in tempore roge sollemp-
nium librar. ²¹ XX, et ut distribuantur hec in
proprias ecclesias secundum ipsorum velle. Honoravit
autem et nobilem Ducem eorum venerabilissima pro-
tosebasti dignitate cum roga etiam sua plenissima.
Non in persona vero ipsius determinavit honorem;
sed indesinentem esse atque perpetuum et per succes-
siones usque ²² secundum diem ²³ fuerint Ducibus
transmitti definitivis in urbe. Honoravit et Patriar-
cham eorum hypertimon, i. e. superhonorabilem, cum
roga librarum viginti. Et hunc vero honorem per
successionem in eos, qui deinceps fuerint, Patriar-
chas transmisit, ut hic quoque sit indesinens atque
perpetuus, et non tantum persona-²⁴ ejus Constituit
vero Imperium meum et sanctissimam ecclesiam
sancti apostoli et evangeliste Marci, qui est in Ve-
netia, ab uno quoque in magna civitate et omni Ro-
mania tenentium ergasteria Amalphynorum ²⁵ om-
nium, qui sunt sub potestate ejus quidem patricatus ²⁶,
accipere per unum quemque annum numismata tria.
Ad hoc donat eis et ergasteria que sunt in embolo
Peramatis cum solaris suis, que habent introitum et
exitum in totum ²⁷, quod procedit ab Ebraica usque
ad Vig'an, queque habitantur et que non habitantur,
et in quibus Venetici permanent et Greci sicut ergas-
teriis; et maritimas III scalas, que in predicto
spacio terminantur. Donat autem et sancto Akindino
mankipium i. e. pistrinum ²⁸, quod est in ipsius
ecclesie latere, quod pertinet ad domum Petrii, et
habet pensionem Byzantinorum XX. Similiter dat
et ecclesiam sancti apostoli Andree, que est in Dyr-
rachio cum ibidem existentibus Imperialibus pensio-
nabilibus preter in is repositam aphesis, que debet
dari ad chelandia ²⁹. Concessit autem eis et negociari
in omnes partes Romanie species universas, videlicet
circa magnam Laodiciam ³⁰, Antiochiam et Nun-
mistam, Adatiam, Tarson, Attalian, Strovilom, Chion,
Theologon, Phocian, Dyrrachion, Aulonem, Cory-
phus, Bondicam, Methonem, Coronem, Nauplion,
Corinthion, Tebas, Athenas, Eurippon, Demetrida,
Thessalonicam, Chyrisopolin, Peritheorion, Abydon,
Redeston, Adrianopolin, Apron, Erracliam, Seli-

A briam, et per ipsam Megalopolin, et simpliciter in
omnes partes sub potestate nostre pie mansuetudinis,
non prebentibus omnino pro qualibet propria negotia-
cione quilibet commercii gratia vel injustis aliis
conditionis, que demotio infertur, pacti quasi xiloro-
lumi, limenatici, porteatci, caniskii, exifeileos ³¹,
archontichii et aliorum tributorum causa eorum, que
debent negociari. In omnibus enim negociationis locis
data est licentia eis ab Imperio meo, superiores esse
debere et ipsa requisitione. Excident vero et ab ipso
epyracho parthalassite ³², eleoparocho dominico ³³,
commerkiis, chartalariis, hipologis et omnibus,
qui hujusmodi sunt, nullo eorum, qui per loca sunt
principium vel aliorum servorum communis tractan-
tium, contempnere quid eorum que hic diffinita sunt
B presumente. Omnium enim, quas quis dicat, specie-
rum ac rerum concessa est hiis negociatio, et omnium
emphionem in potestate habebunt facere, superiores
existentes universa datione. Hec ita cum dis-
cesserit Imperii michi pietas sancta, atque diffinit, nul-
lum resistere eis sicut rectis et veris dulis ejus et
contra inimicos adjutoribus et usque ad finem seculi
tales se esse promittentibus, nec quemquam omnino
contraria sentire hiis talibus, nec actiones aliquas
adversus omnes exercere propter tradita eis ergas-
teria et scalas istic. Qualicumque enim ³⁴ juris hec
existunt, sive ecclesiastici sive privati sive publici,
sive sancte domus sint, hec nullatenus continget, que
nunc sunt fidelium duli ³⁵ Imperii michi Venetico-
rum et in posterum futurorum; quum multam beni-
volentiam et rectum animum erga Romaniam et erga
C Imperium meum ostenderunt, et toto animo hec ser-
vare promittunt in perpetuum, et pugnare pro Ro-
meorum statu et Christianis pro parte ³⁶ volunt et
prolesantur. Et contra tales viros quis contradicit,
vel contra eos juditium movebit aliquando? Unde nec
secretum Petrii vel Mirelen, nec etiam pricatus qui-
sque, sed nec monasterium vel templum sanctum,
quibus videlicet donata ergasteria pertinent atque
scale, contra hos movebunt. Erunt autem silenes et
in dispensatione ac donatione Imperii michi manentes
vere. Nam si voluntaria non donamus dignis accipere,
cepi qui viriliter egerunt et viriliter agere student
atque studebunt, quibus aliis donabimus aliquando?
D Ergo et donabuntur donatorum sibi immobilium sine
ablatione et sine turbatione in deinceps omnia et
perpetua tempora secundum continentiam debui expo-
nere sibi practici traditionis eorum a protoanthyppo
Georgio et notario Imperii mei in Machitarin, quod
et firmum erit et stabile ac inviolabile in omnibus,
que continebuntur in eo; debens et hoc in illis suba-

Variæ lectiones.

¹⁸ Liber albus: quodque. ¹⁹ Idem: stolii. ²⁰ Idem: superore. ²¹ Malim: libras. ²² Sic Lib. albus. Lib. pactor. ut qui sec. Editores iis qui. Recte. ²³ Editores deinceps emendant. Non opus. Græce: κατά την ημέραν. ²⁴ Lege: personae. ²⁵ Editores notant: i. e. Amalphitanorum. ²⁶ Idem notant: i. e. patriciatu. ²⁷ Legerim: embolum. ²⁸ Lib. albus: pristinum. ²⁹ Navium species. ³⁰ De his nomi-
nibus curiosi conferant doctissimas Tafelii adnotationes l. l. p. 418 sq. ³¹ Lege: exasoleos, του ἐξ-
ασόλεως. ³² De παραθαλασσίτη cf. Πέρρα Ll, 29. ³³ Editores in genikū (του γενικου) scribendum
censent. Vide infra Nov. LXXXVII. ³⁴ Lib. albus: qualicumque eram. ³⁵ Lege dulorum. ³⁶ Ex Nov.
III Isaaci Angeli (tom. CXXXV) legendum erit: prompte.

stipulari secretis, in quibus et presens subasti, ulatum est Chrysobolion Imperii nostri, in noticiam eorum, que donata sunt rectis dulis Imperii mei Veneticis, et ad deortacionem temperatorum ³⁷ hos molestare eorum causa. Erunt igitur, que hic diffinita sunt, senota firmaque incorrupta et a nullo contempta. Si vero quis contempserit forsitan quid eorum, que in hoc chrysobollio disposita sunt, inremissibiliter exigetur a secreto ton oichiacon aurum libras X., et quantitatem ejus, quod ablatum fuerit ex eis, persolvat in quadruplum, quia firmo ac securo existente presente pio chrysobollio, facto circa Maium mensem, ante Indictionis, in anno sex millesimo ducentesimo ³⁸, in quo et nostrum pium et a Deo promotum subsignavit Imperium.

Hujusmodi ergo chrysobollion confirmans Imperium meum, bene vult et item habere effectum, sicut expositum est a principio quando eis donatum est, ita ut et solemnorum phalatinia ³⁹ proveniat et deinceps imminuat, et honores dignitatium habeant nobilissimus Dux et sacerdos Patriarcha eorum, accipiant tantum ⁴⁰ et rogas, verum etiam possessionum et fructuum donatorum et traditorum sibi ergasteriorum et scalarum habeant sine ablatione. Similiter et habeant ipsi sine prohibitione et negociari sine commercio et datione qualicumque altera in omnibus dinumeratis in prefato chrysobollio civitatibus et regionibus, que sub potestate Imperii nostri sunt. Verum etiam ut ab ergasteriis Amalphitorum, que per chrysobollion constituta sunt sanctissime ecclesie apostoli et evangeliste Marci, qui est in Venetia, dentur ad eam sine minutione. Quam vero ante annos non paucos contigit eos, qui vendebant Veneticis in Romanicis regionibus negociationes aliquas, commercium de ipsis exigi, et optinuit hic mos annis multis ut ⁴¹ dictum est, rogaverunt autem et de hoc Imperium meum fieri ⁴² dilectissimi duli et amici ejus Venetici, quatenus corrigatur hujusmodi quoque capitulum, et donaretur sibi et ab his potestas et libertas, complevit et hanc petitionem Imperium meum, et definiit per presens chrysobollion, nullum eorum qui sub potestate Imperii nostri, Grecis negociantibus cum Veneticis in omnibus regionibus Romanie, vel quando vendit ad eos vel quando emit ab aliquo ⁴³ eorum, dare ⁴⁴ pro commercio quilibet, vel pro altera quumvis exactione; sed ut excusentur et ipsi, sicut et hii, qui cum commerciis negociantur. Verum tamen debent et Venetici ea, que per factam scripto conventionem a legatis eorum promissa sunt jurejurando Imperio meo, firma servare incorrupta. In quo erunt eorum, que per presens chrysobollion

donata sunt ipsis jura, donantes sine ablatione in erum omne, ut firmum et securum inesse presens chrysobollion, factum per Augustum mensem quarte Indictionis sexmillesimi DCXXXIII ⁴⁵ anni, in quo et nostrum pium et a Deo promotum subsignavit Imperium.

Et hec quidem, que a laudabili Imperatore et avo Imperii mei et a ter beato Imperatore domino et patre Imperii mei donata fidelissimis Imperio nostro Veneticis per chrysobollion illorum; quod utique chrysobollion nostrum quoque pium Imperium firmat per presentem chrysobollion sermonem, diffinitque efficaciam auferre, sicut habebat hoc et usque ad migrationem ad dominum in ⁴⁶ Imperatoribus laudabilis et ter beati domini et patris Imperii mei, velut etiam Veneticis consueca sibi sacramenta sacra habentibus, servare ad Imperium meum et Romaniam fidem et servitium ipsis opibus puram, veram, rectam.

Quia vero, sicut relatum est Imperio meo a presentibus in Megalopoli missis Veneticorum, consecuti quidem sunt Venetici preceptum Imperatoris laudabilis domini et patris Imperii mei, — licentiam his donans improhibite etiam per insulas Cyprou et Creten negociari et sine consortio eos ubi terrarum ⁴⁷ Imperii mei pro hiis, que ad hujusmodi insulas negociande sunt ab eis, omnimodis speciebus, — non contigit autem, que in hujusmodi precepto comprehenduntur, effectum recipere, ac propter hoc usque nunc per hujusmodi preceptum donata sibi flotimia, i. e. donatione privantur vel carent Venetici: petiverunt vero Imperium meum flotimiam quidem hanc, que in predicto precepto fertur laudabilis Imperatoris domini et patris Imperii mei, in opus vero Veneticis non provenit, ab Imperio meo precipi efficaciam ab hoc nunc auferre; Imperium mei propter eam, quam ad ipsum et Romaniam monstrant, verum etiam dehinc monstrare promittunt, fidem atque servitium, hujusmodi ipsorum petitione suscepta vult ac definiit, eos et per insulas, Cyprum videlicet Cretenque, negociari, nec ab aliquo quilibet exigi horum causa, sed a kometkientis eos conservari ubique terrarum Imperii mei secundum superius tractatas distinctiones. Et ut habeant hii securitatem in his, que per presentem chrysobollion sermonem diffinita sunt, presens expositus est chrysobollius sermo, factus per mensem Octobrem, Indictionis undecime, anni sexies millesimi sexcentissimi quinquagesimi sexti, in quo et nostrum pium et a Deo promotum subsignavit Imperium.

Variæ lectiones.

³⁷ Editores temptatorum vel temptantium legi volunt. ³⁸ Editores notant: « Annus ex prave intellectis numeris Græcis corruptus est: uti indictionis quintæ docet additamentum, est annus mundi 6590 — 1032 p. Chr. isque prorsus convenit. » Meo judicio ex Nov. Isaaci Angeli pro iisdem Veneticis legendum est: *quinte decime Indictionis — sexcentesimo*, ut ad annum p. Chr. 1092 referatur. Z. A. L. ³⁹ Lege: *chilotimia*. ⁴⁰ Malim: *autem*. ⁴¹ Ita pro et reposui. ⁴² Lege *fidelissimi pro fieri dil.* ⁴³ Codd. *aliqua*. ⁴⁴ Lib. albus: *dein*, Lib. pactorum: *dentur*. ⁴⁵ Codd. 254, sed sexcentesimo numerum habet Nov. III Isaaci Angeli (vide tom. CXXXV) ⁴⁶ Lib. albus in non habet. Editores *Imperatoris* emendant: male. Cf. enim dictam novellam Isaaci. ⁴⁷ Lege: *sine commercio ubique terrarum*.

IV.

DE JURAMENTO JUDÆORUM.

Suggestio cujusdam, facti ex Judæo Christiani; continens, quale sit Judæorum jusjurandum.

Indignus ego et humillimus potentissimæ ac sacræ tuæ majestatis servus, confidenter precès tibi, sacratissime princeps, offero. Ex Judæis natus sum servus tuus, de castro tibi subjecto Attalia. Dei vero benignitate, qui non venit vocatum justos, sed peccatores ad poenitentiam, ad delictorum meorum agnitionem perveni, sanctumque baptismum per animi conversionem suscepi. Deinde propter felicitatem divini impejii tui, tres quoque fraterculos meos baptizavi. Et oblatis precibus suggestum a nobis est beatissimæ sanctæque memorie domino et imperatori nostro, patri divinitus coronatæ sacræque majestatis tuæ, ut nobis donaret Judaicas parentum nostrorum ædes, ac reconditas in iis non magni pretii res, quæ a Judæis detinerentur. Ac pro favore sacræ majestatis ipsius, suggestio nostra est exaudita. Quippe consecuti sumus honorandum et adorandum rescriptum ad quæstorem, ut ædes ejusmodi nobis traderentur. Itaque secundum mandatum hoc, res successit. Ac ope sacræ majestatis tuæ conversa domus istæc est a nobis servis tuis in sacrosanctum templum, quod Sanctæ Resurrectionis appellatur. Ordinavimus et monachos quosdam in eo, qui pro sacro imperio tuo, proque Christianis universis, preces fundant. Rerum quoque nostrarum nomine quæstorem appellavimus, ut eæ nobis restituerentur. Verum eas inficiati sunt Judæi. Quamobrem nobis injunxit quæstor, ut causa nostra per juramentum de calumnia, proque plenum definiretur. Et ego quidem, cum Christianus juramentum de calumnia præstarem; illi vero, plenum. Non tamen ut ipsi vellent, sed quale juramentum eis ego in scriptis darem. Quod quidem tale est. In primis, ut rubo cingatur, et insideat culleo, ac mare ingrediens, ter circumcisionem suam conspuat, his verbis utens: Ita me juvet Barase, Baræa, Adonai, Eloï, qui transduxit Israellem per mare Rubrum siccis pedibus et aquam eis ex saxo potabilem præbuit, mannaque comedendum dedit eis, cum coturnicibus, licet ipsi facti fuerint ingrati, repudiatis porci carnibus. Per eam legem, quam Adonai promulgavit; perquesputi rejectionem hanc in corpus circumcisionis, et per rubum, quo cincti sunt lumbi mei, non mentiendi causa nomen Domini Sabaoth in hoc jurejurando assumo. Sin id mendacii causa facio subjecti sint exsecrationi prodeuntes ex ventre meo liberi. More cæci parietem palpando queram, et instar ejus, qui oculis caret, labar. Præter hæc omnia, tellus aperiat os suum, meque absorbeat, ut Dathanem et Abiromum. Atque hoc jusjurandum ipsi non gravate susceperunt. Deinde cum ego juramentum de calumnia præstitissent, illi plenum hoc præstare recusarunt,

Ἐπιτομή τις ἀπὸ Ἰουδαίων Χριστιανοῦ γενόμενου, περιέχουσα ἐποικίς ἐστὶν ὁ ὄρκος τῶν Ἰουδαίων.

Τολμῶν ὁ ἀνάξιος καὶ πανσυτελής δοῦλος τῆς κρατίστης καὶ ἁγίας σου βασιλείας δέομαι, δέσποτά μου ἅγιε. Ἐξ Ἰουδαίων ἐγενόμην ὁ δοῦλός σου ἀπὸ τοῦ δουλικοῦ σου κάστρου Ἀτταλείας. Φιλανθρωπία δὲ Θεοῦ, τοῦ μὴ ἐλθόντος; καλέσει δικαίους ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, εἰς ἐπίγνωσιν ἥθλων ἐμῶν ἁμαρτιῶν, καὶ βάπτισμα ἁγίων διὰ μετανόιας ἐδεξάμην. Ἐἴτα δι' εὐτυχίαν τοῦ ἐνθίου κράτους σου ἐβάπτισα καὶ ἕτερα τρία ἀδελφία μου· καὶ ὑπεμνήσθη παρ' ἡμῶν ὁ τρισμακάριστος; καὶ ἅγιος ἡμῶν αὐθέντης; καὶ βασιλεὺς, ὁ πατὴρ τῆς θεοσεφεοῦς καὶ ἁγίας βασιλείας σου, ὡς ἂν δωρηθῆται ἡμῖν τὸ Ἰουδαϊκὸν ἐκεῖνο τῶν ἡμετέρων γονέων οἰκημα καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἀποκαίμενα διγγοστά πράγματα, κατασχεθέντα παρὰ τῶν Ἰουδαίων καὶ διὰ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἁγίας βασιλείας αὐτοῦ εἰσηκούσθη ἡ ὑπόμνησις ἡμῶν, καὶ ἐγένετο ἡμῖν τιμὰ καὶ προσκυνητὴ λύσις πρὸς τὸν πράκτορα, παραδοθῆναι ἡμῖν τὸ τοιοῦτον οἰκημα. Κατὰ ταύτην οὖν τὴν πρόσταξιν γέγονεν οὕτως· καὶ τῇ ἀντιλήψει τῆς ἁγίας βασιλείας σου γέγονε τὸ τοιοῦτον οἰκημα παρ' ἡμῶν τῶν δοῦλων ναὸς ἅγιος οὕτως καλούμενος; ἡ Ἁγία Ἀνάστασις, καὶ μοναχοὺς τινὰς ἐν αὐτῷ κατετάξαμεν ἐπὶ τῷ ὑπερευχεσθαι τῆς ἁγίας σου βασιλείας καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν. Ἐξἑκαλίσαμεν δὲ τὸν πράκτορα καὶ περὶ τῶν ἡμετέρων πραγμάτων, ὡς ἂν ἀποδοθῶσιν ἡμῖν· καὶ ἔξαροι ἐγένοντο οἱ Ἰουδαῖοι. Προσέταξεν οὖν ὁ πράκτωρ ἡμῖν λυθῆναι τὴν ὑπόθεσιν ἡμῶν διὰ συκοφαντικοῦ καὶ τελείου· καὶ ἐγὼ μὲν ὡς Χριστιανὸς ἵνα πληρώσω τὸν συκοφαντικόν, αὐτοὶ δὲ τὸν τελειόν, πλὴν οὐχ ὡς αὐτοὶ θέλουσιν, ἀλλ' ὡς ἂν ἐγὼ δώσω αὐτοῖς ἐγγράφως. Ἔστι δὲ οὕτως· ἐν πρώτοις, ἵνα ζώσεται τὴν βάρτον, καὶ καθάλλικεῦση τὸν ἀσκόδν, καὶ ἐμβῆ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ πύση τὴν περιτομὴν αὐτοῦ τρίτον, λέγων οὕτως· εἰ Μὰ τὸν Βαρασῆ, Βαραῖ, Ἀδωναί, Ἐλωί, τὸν διαπεράσαντα τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν τὸν Ἰσραὴλ ἀβρόχως, καὶ ποτίσαντα αὐτοὺς ὕδωρ ἐκ πέτρας, καὶ δόντα αὐτοῖς μάννα φαγεῖν καὶ ὀρυγομετρίαν, εἰ καὶ αὐτοὶ ἀχάριστοι ἐγένοντο οὐ παραιτησάμενοι τὰ τοῦ χοίρου κρέα. Μὰ τὸν νόμον, ὃν δέδωκεν Ἀδωναί, καὶ τὸν ἐμπυτομένον τοῦ σώματος τῆς περιτομῆς, καὶ τὴν βάρτον, ἣν τῇ ἐμαυτοῦ ὀσφύϊ περιζώννυμαι· οὐκ ἐπὶ ψεύδοι; ὁμνύω τὸ ὄνομα Κυρίου Σαβαοθ· εἰ δὲ ἐπὶ ψεύδους ὁμνύω, ἐπικατάρματα τὰ ἐκγονα τῆς κοιλίας μου, ψηλαφῆσω ὡς ὁ τυφλὸς τοίχον, καὶ ὡς μὴ ὑπάρχων ἔχων ὀφθαλμοὺς πεσοῦμαι σὺν τοῦτοις πᾶσιν, ἀνοξάτω ἡ γῆ τὴν στόμα αὐτῆς, καὶ καταπιέτω με, ὡς Δαθὴν καὶ Ἀβειρίον. Καὶ οὗτοι τὸν ὄρκον τούτων ἀσμένως ἐδίεξαντο. Εἴτα μετὰ τὸ ὀμῶσαι ἐμὲ τὸν συκοφαντικόν, οὐκ ἠθέλησαν πληρῶσαι τὸν τελειόν· ἀλλὰ ὄμοροι; τὸν πράκτορα μετελθόντας ἐξέφυγον

τὴν ἄρκον. Διὰ γούν τοῦτο δέομαι καὶ παρακλῶ τὸ
 εὐθεῖον κράτος σου γενέσθαι μοι τιμὴν καὶ προσκυ-
 νητὴν λύσιν πρὸς τὸν κατὰ τὴν ἡμέραν πράκτορα,
 διοριζομένην, ἢ τὸν τοιοῦτον ἄρκον ὁμοῖαι καὶ μὴ
 βουλομένης τοὺς Ἰουδαίους, ἢ ἀναμφιβίλως ἀπο-
 δοῦναι ἡμῖν τὰ εὐλόγητος παρ' ἡμῶν ἐπιζητούμενα
 πράγματα. Καὶ εἰ τοῦτο γένοιτο, δέσποτά μου ἄξι,
 οὐ παύσομαι παρ' ἄλλην μου τὴν ζωὴν τῆς ἀγίας
 σου βασιλείας ὑπερευχεσθαι· ἥς ὡς δούλος ἀνάξιος
 τοιμήσας ἰδεήθη.

Ἀντιγραφὴ βασιλική.

Ἐπόδειξον τὴν παρούσαν λύσιν τῆς βασιλείας
 μου τῷ μεγαλειφανεστάτῳ δουκὶ τῶν Κιβυρραίων,
 καὶ οὗτος ἵνα μετακαλέσθαι καὶ τοὺς παρὰ
 σοῦ διαγκαλουμένους Ἰουδαίους. Καὶ ἴαν σου τὸν
 συκοφαντικὸν ἔπομοσαμένον, ὡς ὑπέμνησας, οὗτοι
 ἀναποδίζωσι πρὸς τὸν ἐν τῇ ὁπομνήσει σου δηλού-
 μων τέλειον, παραπειθῶν αὐτοὺς ἢ τὸν τοιοῦτον
 ἐποδῶντι τέλειον, καθὼς ἐντέος ἀνατάττεται, ἢ ἂ
 λέγεις πράγματα ἀντιστρέφαι πρὸς σέ. Τῷ μηνὶ
 Νοεμβρίῳ ἐπινημήσεως ια' δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων
 τῆς βασιλικῆς καὶ θείας χειρὸς.

Παραβολὴ γενομένη περὶ Ἰουδαίων

Παρεβέβηθη ἀπὸ τοῦ Ἐπαρχικοῦ βιβλίου ὁ ἄρκος,
 ἐν ἀμνύουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ὁ καὶ περιέχων οὗτος·
 Ἐν πρώτοις ἵνα ζώσῃται τὴν βίαν, καὶ κρατήσῃ
 ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸ μεγαλεῖον, καὶ εἶπῃ οὖ-
 τως· «Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν,
 ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ διαγαγὼν
 ἡμᾶς διὰ ξηρᾶς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, οὐ ψεύ-
 θομαι. Εἰ δὲ καὶ διαψευδόμενος εὐρῶθῶ, δόξη μοι
 Κύριος ὁ Θεὸς τὴν λέπραν τοῦ Γιεζῆ καὶ τοῦ Ἀμμᾶ,
 Ἰθαὶ τοῦ ἱερέως τὴν καταβίτην, καὶ ἀνοικίτω ἡ γῆ
 τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ καταπιέτω με ζῶντα, ὡς Ἀθ-
 ἴην καὶ Ἀβειρών.»

Ἡ ὑπογραφή.

Ὁ κριτὴς τοῦ Βήλου καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰπποδρόμου,
 Βασίλειος ὁ Πανώλης, τὰ παρόντα βήματα τοῦ ἄρκου
 ἀπὸ τοῦ Ἐπαρχικοῦ βιβλίου παρεκβαλὼν καὶ ἰσά-
 ζοντα εὐρῶν ὑπέγραψα καὶ ἐσφράγισα.

ἔχε καὶ βούλλαν κάτωθεν ἀπρωρημένην, ἔχου-
 σαν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν γράμματα, οὕτως ὡς
 ἔχοιτα·

Ἐκ τῆς σφραγίδος ἴσθι τὸν γεγραφέα.
 Κριτὴν Μεκούλην ὃς θέλει γνωρίζετω.

sed quaestore muneribus occupato, evaserunt. Han-
 igitur ob causam supplico et oro divam majestatem
 tuam, ut honorandum et adorandum rescriptum
 ad quaestorem hujus temporis impetrem; quo sta-
 tuatur, vel ut ejusmodi juramentum etiam inviti
 Judæi præstent, vel haud dubie nobis restituant
 eas res, quas jure poscimus. Id si fiat, sacratissime
 princeps, non desinam toto vitæ meæ tempore pro
 sacro imperio tuo vota facere, ejus indignum ego
 mancipium, preces has confidenter obtuli.

Rescriptum imperatoris.

Ostende præsens hæc majestatis meæ rescriptum
 illustrissimo Cibyrrhæotarum duci, qui Judæos
 etiam, abs te accusatos, arcessat. Ac siquidem
 ubi tu juramentum de calumniis præstiteris, quem-
 admodum te facturum suggestisti, Judæi jusjuran-
 dum illud absolutum, quod in suggestione tua
 expomis, recusaverint: suadebit eis, ut aut jusju-
 randum ejusmodi absolutum præstent, sicut in-
 sertum est; aut tuæ tibi res, quas commemoras,
 restituantur. Dat. mense Novembri, indictione un-
 decima, rubris litteris Imperatoris sacræque ma-
 nus.

Extractum de Judæis.

Hoc jusjurandum, quod Judæi præstant, excer-
 ptum est ex libro Præfectorio, verbaque ejusmodi
 continet: Imprimis rubo cingatur, manibusque
 suis augustam rem teneat, et his verbis utatur:
 «Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui
 cælum et terram condidit, perque siccum nos trans-
 Rubrum mare duxit, quoniam non mentior. Quod
 si mentiri deprehensus fuero, det mihi Dominus, qui
 Deus est, lepram Giezæ, et Ammæ ac Eli sacerdotis
 supplicium: et os suum tellus aperiat, meque vi-
 vum absorbeat, instar Dathanis et Abironi.»

Subscriptio.

Ego Basilius Pecules judex Veli, et Hippodromi
 præfectus, cum hæc præsentis jurisjurandi verba
 de libro Præfectorio excerpissem, eaque depre-
 hendissem origini respondere, subscripsi et sub-
 signavi.

Habebat et bullam inferius appensam, quæ ab utra-
(1) Quoniam multi scelestorum Judæorum impietatem ostendere sunt aggressi, quemadmodum clemens Dominus ac curator non per ostensa sola, atque prophetas, sed per utraque simul et multifariam multisque modis salutem iis molitus, ex acerba servitute Pharaonia ereptus, prodigiose per mare Rubrum trajecterit, et Pharaonem per invia ire audentem obruerit; promissæque terræ insulantium satrapas dejecerit; afflictos autem, et in Ægypto luto, lateribus atque paleis enectos erexerit, per deserta traduxerit, vestesque ille, qui nubibus cælum operit, intactas conservavit; angelicum panem, et avium carnes panis ille cælestis depluerit; rupem in aquæ fontem, is qui aquis terram firmavit, miraculose commutavit: tum autem, quod primum atque maximum est, non erubuerit eorum se Deum, ille humanæ naturæ opifex et architectus, vocare. Et ne Dei mei exsequendis singulari miraculis satietatem convivis creem, mensa e quotidianis Ecclesiæ ferculis instructa: agendus mihi quoque ad metam equus est (2), et novi tanquam cibi atque mensus, jucundiores quidem certe apponendi. Nam

A velut eibus corporalis, quem assidue in os ingeras, demum insuavis gulæ traditur, quamlibet vel lectissimum vicias; ad eundem modum, et qui animo intelligentia prædito, atque immateriato ex divinis oraculis paratur, is nimirum aliis longe gratior cognoscitur, qui arduarum rerum quam expeditissimam comprehensionem præstat. Atque equidem hinc jam ordior.

B Ego vero, o fidelis ac sacer Christi grex (sic etenim vos, populum peculiarem, gentem sanctam, filios simul et cælestis vitæ promissique regni hæredes, vos sic appello, majorum voces et prophetica oracula imitatus), scriptionem detrectabam (nam verum fatebor) partim qui scriptores amplecterer et magni facerem; partim qui inscitias meæ conscius mihi timerem, ne, cujus ingenium a bonis litteris esset in dies abjectius, nihil quod ad gloriam proficeret, præstarem. Nequit enim omnino exsueca terra et inarata frequentes spicas educare. Verum non in hac illustri modo ac regia urbe (3), sed etiam (4) Orestide, et in Thessalia sum nactus sciolos quosdam legisconsultos, qui Judaicam reli-

¹ Hebr. i, 5. ² Exod. xiv, 21 et seqq.; xv, 1 et seqq. ³ Exod. xvi, 4 et seqq.; xvii, 5, 6; Hebr. xi, 16.

⁴ Exod. xix, 6; 1 Petr. ii, 9.

(1) In codice Cæsareo, quem Lambecius indicavit, hæc legitur Græca quæ conveniunt cum Latinis: Ἐπειδήπερ πολλοὶ τὴν τῶν παρανόμων Ἰουδαίων ἐπιχειρήσαν παραστήσαι δυσσέβειαν καὶ ὅπως μὲν ὁ φιλόανθρωπος θεσπότης καὶ κηδεμὼν οὐ διὰ σημείων μόνον ἢ προφητῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ἀμφοτέρων ἅμα κολυμερῶς καὶ πολυτρόπως τὴν σωτηρίαν τούτων πραγματευόμενος, ἀπήλλαξε μὲν αὐτοὺς πικρὰς δουλείας Φαραωνίτιδος· καὶ δι' Ἐρυθρὰς παραδόξως διαπεράσας· τὸν δὲ Φαραῶν κατατολήσαντα τῆς ἀβάτου καταπεπόντικε· καὶ καθέλε μὲν δυνάστας τῶν τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας κατορχουμένων· ἀνίψωσε δὲ ταπεινοὺς οὓς ὁ πῆλος καὶ ἡ πλινθία καὶ τὸ ἄχυρον ἐν Αἰγύπτῳ καταπάτησε· διήγαγε τε αὐτοὺς ἐν ἐρήμῳ· καὶ συμπλατύνεσθαι τὰς ἐτθῆτας· ὁ νεφέλαις περιβάλλον τὸ στερέωμα κατεσκέδασεν· ἄρτον δ' ἀγγέλων καὶ σάρκας ὀρνίθων ὁ οὐράνιος ἄρτος ὁμορῆσαι πεποίηκε· πέτρων δὲ πηγὴν ὕδατος, ὁ τὴν γῆν τοὺς ὕδασι θεμελιώσας τετρατόρηκε· τὸ πρῶτον δὲ καὶ μείζον αὐτοῦ ἀνεπισχόντως ὁ τῆς ἀνθρωπίνης Δημιουργῆς ὠνόμασε φύσας· καὶ ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον τῶν τεραστίων τοῦ Θεοῦ μου διεξερχόμενος χρόνον ἐμποιήσω τοῖς δαιτυμόσιν ἐκ τῶν τῆς ἐκκλησίας καθήμεραν προτιθεμένων ἐτοιμάζων τὴν τράπεζαν· ἄγε δὲ καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὴν νόσσαν τὸν πῶλον ἀγάγωμεν· καὶ καινότερας τροφῆς· ἡδυτέρας δὲ μᾶλλον παραθῶμεν ἱεζοματ, κ. τ. λ. Ἐὶ paulo post: ὡς δ' ἐνέτυχον οὐ

μόνον ἐν ταυτῇ τῇ περιφῆμῳ καὶ βασιλίδι τῶν πῶλων, ἀλλὰ καὶ ἐν Ὀρεστιάδι καὶ Θετταλίᾳ σοφισταῖς καὶ νομοθέταις (sic) τοῖς τῶν Ἰουδαίων αὐτοποιουμένοις θρησκαῖς, κ. τ. λ. Post præmium vero sic incipit dialogus:

Πρὸς Ἰουδαίους.

C Ἦνος ἔνεκεν οἱ τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου ζῆλον, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν ἔχοντες πρὸς με τὴν σήμερον ἐληλύθατε;

Οἱ Ἰουδαῖοι.

Ζηλωτὴν ὄντα σε μαθόντες τὸν τοῦ Χριστοῦ, τῶν δὲ Μωσαέως κατολιγροῦντα, αὐτήκοοι γεγονέναι τῶν λεγομένων παραγενώμεθα.

Postrema verba sunt p. 66 a tergo ἢ ἀλλ' εἰς παραλόγους καὶ ἀλλοκότους ἐπιθυμίας ἐξεκλήνην. Sed utrum opus perfectum sit, an vero post hæc verba desiderentur aliqua, ignoro. Habuerat et Sirletus Cod. Græcum, et supra fuit indicatum. Βασκ.

(2) Imitatio est proverbii apud Nazianz. in Basilium Magnum et in Nat: lem, et in sanctum Pascha: Κεντεῖ τὸν πῶλον περὶ τὴν νόσσαν.

(3) Quæ Constantinopolis, et nova Roma in Oriente dicta, antea Byzantium. C. n.

(4) Ab Oreste sic appellata, atque ab Adriano instaurata. Adrianopolis Mæcedoniæ ingens oppidum, Zonare, Nicetæ et Constantino Manasse. C. n.

gionem propugnarent, non illi quidem vera divini Spiritus luce et instinctu; sed qui pingue, ut sic dixerim, et obumbratum sacrarum Litterarum studium agitent, nec suspicere, prout inque terram delixi, possent. Eos, inquam, cum offendissem, qui audirent quidem quæ oportet, sed effutirent quæ non oportet, non ita docente eos lege (apage), sed qui legem capere nequirent; (scilicet quasi luminum princeps sol,) cum hic progreditur, et aliis præluceat, tum cæcutientibus æque radios non immittit; itidem sane et legis difficultas iis, qui ingenio sunt purgato, evidens ac perspicua est; torpidis nubila atque turbida. Nam legis, uti Moses appellat, velamen⁹, non in scriptione, sed hominum mente, hodieque manet. Eam cum imperitiam advertissem, ut egregius quidam senex, oblitus senectutis, ad luctam cum adolescentibus ineundam prosilit; ita equidem, timiditatis quoque amolitus notam, dedi operam ut utrorumque interrogationes ac responsiones monumentis mandarem: potest enim animus magnus, Dei studium proficiens, etiam quæ supra vires sunt tentare. Itaque nuda in primis interrogationum ac responsionum verba proponantur.

CHRISTIANUS. Quid est, quod vos, qui Mosaicæ legis zelum habetis, sed non secundum scientiam, ad me hodie convenistis?

JUDÆI. Nos enimvero, intellecto, Christianarum te æmulum rerum, Mosaicæ contempnere, coram, quæ dicerentur, audituri venimus.

CHRIST. Dei quidem præcepta, ejusque pro nobis mortalibus salutarem incarnationem tueri et professus sum, et profiteor, et ad extremum usque spiritum profitebor. Cæterum Mosaicam legem, quæ est velut umbra et figura nostræ salutis atque Instaurationis, adeo non contemno, ut etiam colam et amplectar.

JUD. At si Mosaicam legem amplecteris, neque ea tibi sententia labiis modo expressa ac formata falso excidit, quamobrem nos, qui eam propugnamus, violatores legis ducitis?

CHRIST. Si quidem frugis gratia quæstiones movetis, ac satagitis, qui iniquiores partes æquioribus submittat, expediet, opinor, principis rerum sapientiæ in commune rationes inquirere, spem certissimam in justitiæ atque ipsius veritatis stabili trutina collocantes. Sin contendendi causa dicendique ostentatione colloquium urgetis, sic habete, Ecclesia nostrate censi, haud se consuetudine ea venditant⁸. Siquidem nostræ professionis ait quispiam (5): qui in disputatione stabilire sententiam suam pugnat, quamlibet vera dicat, diaboli morbo laborat.

⁸ II Cor. III, 15; Exod. XXXIV, 53. ⁹ I Cor. XI, 16.

¹⁰ Psal. XVII, 12.

(5) Nazianz. orat. 2 De theolog.

(6) Pessima tamen hæc methodus, quæ a Trinitate incipit; quippe cum Trinitas difficiliter probari possit, et in Messia versatur totus controversiarum

JUD. Hoc tibi etiam atque etiam confirmamus, ita nos Deus Israel gloriosus amet; nos nequaquam rixæ ac contendendi studio huc venisse, sed qui veritatem illustrem, ejusque demonstrationem instar viæ regis triam cuperemus, per quam deducti ad lucem cœlestis vitæ hæredes fieremus.

CHRIST. Meus amor Jesus in Evangelio ait: « Ego sum lux, et veritas, et vita⁷. » Hæc si animus est vere bona adipisci, accumbite et aurem præbete.

Duorum, Judæi, a nobis Christianis criminum postulati, utrum jubetis vobis ad iudicium proponi? Legisne violationem cum nece prophetarum atque insectatione? an lucis repudium, ac non solum non receptum eum qui prædicabatur, sed injuste a vobis interemptum quoque? etsi majores vestri eo mactando negabant sibi licere interficere quemquam.

JUD. Quoniam alterum est caput Legis et Prophetarum, provera veritatem hunc ob oculos constituere. Nam si hoc demonstrabis, in utroque reos nos dedemus; tantum hæc probatio non petatur ex vestris, sed ex nostris prophetis.

CHRIST. Quod si ex propheticis prædictionibus fidei faciam, equid vos errasse fatebitur?

JUD. Maxime. Prius tamen scrupulum unum ex animis nostris (rogamus) exime: Qui a vobis Christianis tres dii honorentur et noantur? cum id lex Mosaica non permittat; quin et liquido clamet: « Ego sum qui sum⁸. » Ac rursum: « Non adorabis Deum alienum; ego enim sum Dominus Deus tuus, zelotes?⁹ »

CAPUT I.

De Deo uno et trino.

CHRIST. Hac doctrina, o Judæi (6), totum theologis arcanum absolvitur. Sed enimvero Ecclesiæ nostræ doctores, tum lingua, tum mente horrere nos docent, si quando de Deo aliquid effari audeamus. Nam etsi cunctorum, quæ sub cœlo creata, angustissimum homo est; at nimium quam impar est divinæ luci contemplandæ. Scilicet terrena caro, in humumque devexa, quæ pro materiæ studio, mundi se negotiis miscet, et assidue iis quæ deorsum sunt, consuescit ac delectatur, ægre in sublimium curam incumbit: atque ut inter Hebræos et Ægyptios nubes tanquam murus intercedebat, ita nimirum corporea hæc caligo inter Deum ac nos media interstat. Eam ob rem, opinor, etiam David, unus e majoribus Christi, homini præcavit: « Posuit tenebras latibulum suum¹⁰. » Stuporem hinc nostrum declarans, ob quem pauci vix, vel parum superiora suspiciunt. Et quinam illi? Quibus non corpora maceratione tantum jejuniisque purgata, sed ipsæ adeo mentes sic comparatæ sunt, ut cum divina semper voluntate conjunctæ sint. Ita enim censeo, divina eos luce affici vicissim, qui id quod in ipsis est divinum (rationem dico atque mentem) Dei studio permiscant, effugie ad primigenium exemplar se levante.

⁷ Joan. XIV, 6. ⁸ Exod. III, 14. ⁹ Exod. XX, 5.

caro, hunc venisse, Judæis ante omnia probandum. Inde ad cætera Christianæ religionis dogmata facilius progredimur. BASN.

Nam quod Deum noverit quisquam, aut nosse, a quoquam testimonium tulerit, hactenus novit, ut alio non æque illustrato lucidior appareret, quippe alteri præstare perfectum quiddam creditum est, non re ipsa, sed alienarum comparatione virium. Enimvero Enos (Primus (7) cœpit invocare nomen Domini¹¹; > quod ejus studium æquales (Dei notitiam > dixere. Et merito. Qui enim possis, quem ignoras in vota tua vocare? Enoch, qui translatus fuerat, incertum an Deum præserierit. Noe, acceptissimus Deo, sospitiæ peritiæ arcæ donatur¹². Abraham ille magnus ex fide justificatus, peregrinam jugulat hostiam, in typum Dei propter nos interficiendi¹³. At non Deum ut Deum conspexit, sed tanquam hominem epulis accepit, laudatusque fuit quod eum quantum perceperat coluisset. Jacob scalam et ascendentes per eam et descendentes angelos tuetur, lapidem erectum in titulum oleo perfudit mystice, fortasse qui nostra causa unctum lapidem notaret; et loco cuiusdam a *Visione Dei* nomen indit, ad honorem ipsius Visi, cum Deo velut cum homine collocatur¹⁴ (quæcunque tandem Dei cum hominibus lucta est. An humanæ forsitan virtutis cum divina contentio?) luctæ in corpore monumenta fert, quæ genitalem victam naturam designarent, nominis commutationem pietatis præmium capit, pro Jacobo Israel nuncupatus¹⁵, augusta sane et illustri nomenclatura. Cæterum Dei naturam, aut conspectum cepisse, nec ipse ille, nec supra eum quisquam hodieque ausus est jacitare.

Eliam aura quædam lenis, et ignea quadriga in cælum sublucet, majorem homine justum significans¹⁶. Manue, qui apparentis obtutum Dei non ferret: « Dixit ad uxorem suam: Morte moriemur, quia vidimus Dominum¹⁷. » Neque enim divinam solum naturam capere humanitas non potest, sed nec splendorem ipsam. Isaias¹⁸ et Ezechiel¹⁹ magnarum rerum spectatores: Ille enim Sabaoth in majestatis divinæ solio videt, stipantibus eum, et collaudantibus ac tegentibus Seraphinis, qui senas alas haberent; ubi et ipse pruna lustratus, ad prophetandum mittitur. Illic vero et Dei vehiculum Cherubinos describit, et superstans ei solium, hocque superiore æthram, et qui in ipsa repræsentaretur, tum et voces quasdam, et impetus, ac functiones. Atque ista omnia, seu fuerint apparitio quædam diurna, aspectabilis sanctis, seu visum nocturnum minime fallax, seu effigatio in animo, quæ futura ceu præsentia repræsentat, seu aliud arcanum prophetiæ genus, quod solum prophetarum Deus novit. Salomon (verba Scripturæ), cui dedit Deus « sapientiam et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in litore

maris: Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum, et erat sapientior cunctis hominibus²⁰; > quo altius profunda penetrat, eo hæsitat magis, finemque sapientiæ statuit, conari invenire, quantum effugerit.

David, « vir secundum cor Dei²¹, » interdum judiciæ Dei « abyssum multam²² » nominat. Alibi ait, « Mirabilis facta est scientia tua ex seipsa²³(8). » Moses, vatum ille vertex, qui et Deo charus, præque omnibus sua tempestate celebris, post quadraginta dierum piacula ac lustrationem, caliginem, tonitrua, atque tubas, vix posteriora intueri Dei potuit: sive ea molitiones et opificia Dei censeas, seu incarnationem Verbi atque Filii ejus dicas, ob mortalium salutem postremis temporibus ineffabili modo procurandam. Cæterum neque hi, neque his par quisquam, Dei substantiam et essentiam apprehendit, ut scriptum est²⁴, neque Dei naturam perspexit aut exposuit; sed omnes exinde usque huc, « ex parte cognoscunt, et ex parte prophetant²⁵. » Omnes vero, inquam, illis spiritu pares. Ac quid Deum ab aliquo hominum visum dicam? qui nec de rebus quidem conditis explore queant disserere. Scilicet magni Davidis hæc sententia est: « Quoniam tunc videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum²⁶. » Tunc: quando? Cum ex hoc tabernaculo excessero, atque a crassa vitiositate expeditus, liquidissima luce illustratus fuero. Vides ingenium vatem? Atque hæc inibi. Alio loco: « Incerta, inquit, et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi²⁷. » Nam profecto Dei opificium esse cælos, cum perspecte nunc cognitum vati; tum vero exactius tenebit, cum et eorum vim ac naturam, sed et causam, ob quam ab opifice Deo instituti, accurate perspiciet. Tum enim non pellis instar extensus²⁸, sed veram naturæ ejus notitiam consequetur. Quod si tanti viri de rebus creatis tantillum quiddam in hoc tabernaculo agitantes sunt assecuti, quid jam mei instar quisquam, plenus scelerum maculis, cogitare aut effari ausit?

Dicam tamen vobis, quæ certo et absque controversia prophetarum esse credimus. Expeditam porro faciat orationem a prophetis prædicata Trinitas, verus atque unius naturæ Deus. Credo in Patrem, ac Filium, et Spiritum sanctum, unius naturæ, et indivisam Trinitatem; non ut tres deos, sed unam deitatem in tribus personis agnoscendam: sine principio, sine fine, æternum Patrem, naturæ omnis aspectabilis, atque intelligentis architectum. Genitum ex Patre Filium, quasi lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero. Genitum non factum, immortalem, consubstantialem, semper cum Patre degentem, throni et operum consortem, con-

¹¹ Gen. iv, 26. ¹² Gen. vi-ix. ¹³ Gen. xxii, 13. ¹⁴ Gen. xxviii, 12, 18. ¹⁵ Gen. xxxii, 28. ¹⁶ IV Reg. ii, 11. ¹⁷ Judic. xiii, 22. ¹⁸ Isa. vi, 1, 2, 6. ¹⁹ Ezech. x, 1 et seqq. ²⁰ III Reg. iv, 29-34. ²¹ Act. xiii, 21. ²² Psal. xxxv, 7. ²³ Psal. xxxviii, 6. ²⁴ Exod. xxxiii, 23. ²⁵ I Cor. xiii, 9. ²⁶ Psal. viii, 4. ²⁷ Psal. l, 8. ²⁸ Psal. ciii, 5.

(7) Scilicet posterorum Adami, cum Caini ab unius Dei Opt. Max. religione descivissent.

(8) Ex Nazianz. orat. altera de theol. pag. 753 Biblii.

perennem et infinitum. Credo Spiritum sanctum, & non genitum sed procedentem ex Patre, consubstantialem, coeternum, et immensam; cum Patre et Filio una adorandum et collaudandum.

Ac de principii experte Deo, et Patre (9), non solum vos, atque omne hominum genus in sententiam fbit, sed ipsa etiam natura, ac naturæ magistra lex. Quo enim modo aut exstitisset hæc rerum universitas, aut constaret, nisi omnia Deus et produxisset, et tueretur? Neque enim qui citharam pulcherrime instructam, et undiquaque aptissimam cernit aut citharædum audit, aliud cogitatione versabit, quam citharæ auctorem, ac citharædum; ad eumque, etsi nondum oculis conspectam, mente avolabit.

CAPUT II.

Animantia agnoscunt etiam Deum.

Sed quid autem mortales, et universum hoc omne recenset? quando ipsæ etiam terrestres feræ opificem agnoscunt, et ejus perpetuo indigent adminiculo, ita enim et de hoc scribit David: « Catuli leonum rugientes, ut rapiant et querant a Deo escam sibi²⁰. » Et idem alibi: « Qui dat jumentis escam ipsorum; et pullis corvorum invocantibus eum²¹. » Quid igitur de Deo et Patre hæc sufficiunt? An ingenio estis etiam bardis bestilis hardiore?

CAPUT III.

Deus Pater genuit.

JUD. Nihil hic ambigimus, sed genueritne Deus, C dubitamus.

CHRIST. Utinam, Judæi, hujus vestri scrupuli causa, hodie in vivis esset Moyses. Vix enim, opinor, vel ille vobis silentium imponeret.

JUD. Ubi vero ejus constat Mosen meminisse?

CHRIST. Circumcidite modo, inquam, cor, id est, immodicum hoc supercilium ex animis vestris deponite; nec Mosen solum inveniatis, sed alios etiam multos prophetas, non tantum meminisse, sed palam ædeo clamare. Nam, in Dei opificio, ait Moses: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram²². » Et post pauca: « Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est²³. » Et in linguarum dissidio, ait Deus: « Venite, descendamus, et confundamus ibi linguam eorum²⁴. » Querendum igitur est, quocum a se creato consilium conferebat.

JUD. Cum angelis opinamur.

CHRIST. Amens ea et plâne absurda est opinatio. Quis enim figulus cum fictili vase sermonem confert? Quis faber, ne longum faciam, cum ferro de eo procedendo et apparando colloquitur? et sunt tamen magis conjuncta, et naturæ nostræ æffinia, quæ nos fabricamur, atpote ex eodem luto, iisdemque elementis constituta. Cælestia autem cuncta, et

quæ supra caelos sunt, quamvis natura nobis præsentent, proplusque a Deo absint; longius tamen adhuc etiam ipsa distant a Deo, ejusque perfecta comprehensione, quam corpus hoc nostrum compositum, humile, atque humi dejectum a cælestibus illis asperetur. Quare dubium non est, quin cum socio opificii, Filio nempe suo, hunc (et ita dicam) architectonicum de creatione sermonem contulerit Deus Pater.

JUD. Deum quidem verum creaturarum quas condidit ope ac consilio non indigere, damus et confitemur, seu intelligentem, seu sensilem naturam dicas. Deo esse Filium, generationemve illi convenire, Moses ad nos haud prodidit; sed: « Ego sum Dominus Deus tuus²⁵. » Et: « Videte quod ego sim solus, et non sit alius Deus, præter me²⁶. » Et, « Noli adorare Deum alienum²⁷. »

CHRIST. Dixi vobis, Judæi, ægre vel Mosen vobis, si vivus esset, silentium impositurum. Nam cum execrabilis sit, qui alium, quam Mosis Deum prædicat; tum demum id, quod sermone naturali, locum haberet; si dissimilis naturæ Filium promulgarem. Nunc cum ejusdem naturæ cum Deo et Patre Filium dicam, quæ dissensio? Ipsum enim Mosis Deum confitemur, Patrem geniti Filii; et rursus ejusdem naturæ Filium cum Patre genitore. Nam, etsi Moses dicit: « Dominus Deus noster, Deus unus est²⁸, » non hypostases, sed naturam illis verbis significavit; unam etenim Patris et Filii naturam consentimus.

JUD. Belle Patris de fabrica consultatio comprobabat nobis Filii cum eo naturæ consensionem. Sed expedi, oramus, quamobrem a Mose luculentius de eo non acceptimus.

CHRIST. Nemo scientiarum perfectus magister pueros docere aggressus, summa quæque disciplinarum primis rudimentis atque studiis proponit; sed facto ab elementorum doctrina initio, paulatim eos ad perfectionem subducit. Atque id non præceptoris vitio, sed discipulorum imperitia sit, qui cum adeo sint rudes, ad majora capienda gradum facere non possunt.

CAPUT IV.

Moses agnoscit Trinitatem.

Ad eundem modum par est, et sapientissimum Mosen habuisse perspectam SS. Trinitatem atque Unitatem; sed vobis, quos tum ob deorum frequentiam, tum propter idolothya, et carnes, habebat prorsus rebelles, perfectam religionem non aperuit; neque vero prorsus reticuit, sed tum quomodocumque ad Dei notitiam erigere est conatus. Majores quippe vestros in pietate infantes videns divinus Moses, velut nutrix optima, iis tanquam lac quoddam Dei notitiæ propinavit; solidam omnem do-

²⁰ Psal. ciii, 21. ²¹ Psal. cxlvi, 7. ²² Gen. i, 26. ²³ Gen. iii, 22. ²⁴ Gen. xi, 7. ²⁵ Exod. xx, 2. ²⁶ Deut. xxxii 37. ²⁷ Exod. xxxiv, 14. ²⁸ Deut. vi, 4.

(9) Ex Nazianz. oral. altera, de theolog.

ctinam post se valibus reliquit. Atque id non in A consultatione tantum, sed etiam in imagine, aliisque fecit. Nam Deum ad imaginem suam hominem fixisse indicavit⁴⁰; at quæ ea foret imago, auditoribus quærendum reliquit. Quod enim (10) studio paraveris, id tenaci ac perpetuo monumento in animo circumfers; quod leviter, id facile, ut quæsitum erat, effluit. Itaque Moses quæstionem ad vos, dissolutionem ad vates rejecit⁴¹. Nam si cognito etiam Deo, ab eoque infinitis acceptis beneficiis, et Mose ad Deum aliquantisper a vobis digresso, ut Dei voluntatem in divinitus exaratis scriptis exhiberet, alteri deo gratiam retulistis, et immortalis Dei « gloriam mutatis in similitudinem vituli comedatis fenum⁴²; » in quantum deorum multiplicatorum præceptum majores vestri non irruissent, si a Mose Deum trium hypostaseon didicissent?

JUD. Non jam ad majorum nostrorum offensas intelligendas adsumus. Sed ecquid, ut dicebas, Deus in tribus personis comprehenditur? Itaque hic nobis veritatem commoustra, et qualis propheta Deum genitum significet.

CARIST. Constabilitatem vobis est, Judæi, neminem unquam sanctorum vatum, Dei hypostasim aut essentiam imaginatione comprehendisse. Igitur certo sic habete, non solum vim ac naturam, sed nec nomen proferre (tantos vates) posse, Dei essentiam, non actionem tantum significans: uti etiam illud, « Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt me⁴³; » David usurpavit, non quasi manus haberet Deus (est enim Numen incorporeum et sine figura), sed Dei opificium notans. Et rursus: « Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum; vultus autem Domini super facientes mala⁴⁴; » illis beneficentiam, his vindicem Dei potestatem innuens. Ita sane et in nominibus (Dei) non divinam naturam, sed functionem, occultamque operandi efficaciam ex ipse nominibus exprimere sancti conantur. Nam illa Dominus Adonai, et Sabaoth, omnipotens et Salvator, actionem, non naturam signi fiant.

CAPUT V.

Dei significatio.

Jam vero quid sanctorum voces consector, cum ipse etiam Deus eadem dicens inveniat? Parenti namque vestro Abrahamo in Mesopotamia conspectus inquit: « Ego sum Deus tuus (10^a): ambula coram me, et esto perfectus⁴⁵. » Vocabulum autem Θεός, id est Deus, non naturam, sed ejus functionem denotare, palam est omnibus: deducitur quippe a Θεός, hæc est, κύριος, ἄβις Θεός, quod est, molior et architector: est enim omnium architectus et molitionis universi auctor. Architectari autem functionem, non naturam designare, nulli dubium est.

Rursum Moses, qui ad negotium quoddam populi erat legatus, cum quæreret, si ex se peterent quis se misisset, quid responderet, hoc a Deo audit: « Qui est⁴⁶! » Quæ vox non naturam representat, sed statum ac permissionem. Quare etiam vates, non puras putas SS. Trinitatis apparitiones, sed pro suo quisque captu conscripserunt. Necessæ est igitur (11) Dei notitiam studiosos in sacram omnem Scripturam, velut speculum inspicere, et aliam ex alio notionem ad unum aliquod veritatis tanquam simulacrum corrogare. Id enim nos Deus et per Mosen docuit, ei primo ascensu tabulas a se exaratas tradens⁴⁷, altero non item. Sed quid ei jubet? « Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, et scribam super eas verba, quæ habuerunt tabule quas fregisti⁴⁸. » Illidem et Israelitas ex Ægypto educens, Deus ipsemet eos multipliciter crassis prodigiis ductabat. Quid enim crassius, quam noctu igni, interdiu nube viam præire? Quid item crassius, quam mare dirimere, et rupem velut fontem ubertim aqua scaturientem monstrare? Sed cum adhuc cæstirent majores vestri, et auribus obsurdescerent, tum vero involueris per vates placita sua denuntiare Deus; ut intelligentes qua vos dignitate dejeceritis, laboriosiori quadam via, recuperare antiquam nobilitatem studeretis. Atque idem et in primigenio parente animadvertendum venit. Hic namque priusquam jussum violasset, non omnium modo terrestrium naturarum a Deo datus est rex, sed etiam vates, cunctis et volucris et bestiis nomina imponens. At post lapsum, posterius non solum regno exciderunt, sed etiam vulgo res creatas deos arbitrati sunt, ut ait Salomon: « Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei; et de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est; neque operibus attendentes, agnovērunt quis esset artifex: sed aut ignem, aut spiritum, aut citatem aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem et lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt. Quorum si specie delectati deos putaverunt, sciant, quanto his dominator eorum spectosior est. Speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut si virtutem et opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit fortior est illis: a magnitudine enim speciei et creatoris cognoscibiliter poterit Creator horum videri⁴⁹. » Videte, ut post peccatum Deus non coram cum hominibus, ut cum Adamo, collocutus sit, sed eos ex operum pulchritudine ad sui notitiam erigi permiserit. Quod si eos merito vanos Salomon appellavit, quanto magis vaniores vos appellaret, si hodie superesset. Nam illi fortasse habent, quo venia digni sint. Quid ita? quod Dei notitiam vesti-

⁴⁰ Gen. i, 27. ⁴¹ Exod. xxxii, 6. ⁴² Psal. cv, 29. ⁴³ Psal. cxviii, 75. ⁴⁴ Psal. xxxiii, 16, 17
⁴⁵ Gen. xvii, 1. ⁴⁶ Exod. iii, 14. ⁴⁷ Exod. xxxi, 18. ⁴⁸ Exod. xxxiv, 1. ⁴⁹ Sap. xiii, 1 seqq.

(10) Nazianz. *De moderatione*, et orat. altera de throl.

(11) Ita habent LXX, pro. *Dominus omnipotens*.
 (11) Nazianz. in Natalem 227, 26.

gantes, ad ignorationem compulsi sunt. Vos, in tanta vatum corona et scriptorum multitudine, adeo non vestigatis, ut etiam quæ scripta sunt adulteretis.

JUD. Per Moſen ! qui mare Rubrum dextra diviſit, vera omnia narras. Quamobrem dum hic apud te adsumus, Scripturam evolvamus. Tu, quod ante dicebamus, nobis commonſtra, quis noſtrorum vatum generationem Dei, gentumve Deum uſurpet. Id enim magis animos noſtros in ſtuporem atque dubitationem rapit.

CAPUT VI.

Ex prophetis ostenditur Christum a Patre genitum.

CHRIST. Audite porro Salomonis verba. Quod si quid melius scitis, docete sane. Neque enim verecundor propter Deum hominem Jesum meum discipuli personam induere : « Dominus possedit (12) me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erat abissi, et ego jam concepta eram : necdum fontes aquarum eruperant : necdum montes gravi mole constiterant ; ante omnes colles ego parturiebar⁴⁴. » Hic « *Creavit* » (quod ponitur a LXX) non molliendi, sed gignendi vim habere, intelligendum est. Solemne est enim sacræ Scripturæ, vicina pro vicinis usurpare, ut cum de Mose ait : « Adultum puerum tradidit filiæ Pharaonis, quem illa fecit sibi filium⁴⁵. » Atqui non fecit, sed nuncupavit sibi filium. Item David : « Facti sumus in opprobrium vicinis nostris⁴⁶, » pro, Fuimus. Jam vero ante cælum et terram, Moses nullam aliam rem creatam existisse, revelavit : « Principio, inquit, creavit Deus cælum et terram⁴⁷. » Quod si quid antiquius existisset, id dubio procul prius tractaturus fuisset. Etsi sunt, qui intelligentes substantias prius conditas existiment, veluti altera quædam lumina, et Deo magis conjunctas. At terret me Dei ad Job sermo, dicens : « Cum astra conderentur, laudabant me magna voce omnes angeli mei⁴⁸. » Astra enim omnino die quarto constituta sunt. Igitur si de astrorum creatione eum angeli collaudabant, multo magis de cælo, terra, aqua et luce. Sed hanc insanam multorum existimationem perspicue frangens Salomon, paulo post addit : « Ante omnes colles gignit me⁴⁹, ac paulatim quæ scriberet illustrans subjicit : « Quando æthera firmabat sursum et librabat fontes aquarum ; quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos ; quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens⁵⁰. » Videte, ut sensim socium Patri opificem Filium declaret. Quid enim aliud est, « Cum eo eram cuncta componens, » quam una archite-

ctans, atque ordine componens, et molienti Patri molitionis consors ?

JUD. Cur autem si de Filio nos docturus erat, non dixit, Aptator, sed « Aptatrix ? » ita ex LXX versione dicendum pro illo : « Cum eo eram cuncta componens. »

CHRIST. Jam dixi. Vates de Deo, non quantum est, dixerunt, sed quantum cogitando assequerentur, scripserunt. Quo enim modo comprehendatur, quod comprehendere non potest ? Nam cum arenas maris, et stillas pluvie, stellarumque multitudinem nequeat quis numerare, scilicet Deum principii atque finis expertem comprehendet ? Itaque alius Dei sapientiam Filium vocavit ; alius mentem, alius lucis simulacrum ; alius expressam quamdam formam ; alius vires ; alius Filium ; omnes unum et eundem. Sin autem secus prophetarum voces accipitis, vereor ne splendidam SS. Trinitatis lucem refugientes, in profundum plurium deorum vos præcipietis.

Igitur denuo audite Salomonem palam vociferantem : « Omnibus mobilibus mobilior est sapientia ; attingit autem ubique propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis Dei, et emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera : et ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius⁵¹. » Sed omissis, quæ apud Sapientem sunt, imaginem solam persequar. Sunt, putatis, in cælo pictores ac colores ?

JUD. Minime.

CHRIST. Et quæ est porro hæc Dei bonitatis imago ? nec solum imago simpliciter, sed per omnia similis ? Aut ergo imaginem concedite, aut mecum unius naturæ et substantiæ cum Patre Filium fatemini.

JUD. Fatemur ; sed, amabo, idem nobis ex alio propheta edissere.

CHRIST. Isaie verba sunt : « Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus ; et vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus, admirabilis, consiliarius⁵². » Videtis Patris consiliarium ? Videtis magni consilii Angelum ? Est enim Filius ἄγγελος, ut qui a Patre arcani ab omni æternitate occulti abditæ ad homines pertulerit ac promulgarit. Consiliarius est, qui a Patre audierit : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram⁵³. » Et rursum : « Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, etumat etiam de ligno vitæ, et concedat, et vivat in æternum⁵⁴, » eum paradiso exigamus. Et iterum : « Venite, descendamus, et confundamus ibi linguam eorum⁵⁵. »

⁴⁴ Prov. viii, 22 et seqq. ⁴⁵ Exod. ii, 9, 10. ⁴⁶ Psal. lxxviii, 4. ⁴⁷ Gen. i, 1. ⁴⁸ Job xxxviii, 7 s. c. LXX. ⁴⁹ Prov. viii, 25 sec. LXX. ⁵⁰ ibid. xxviii, 30. ⁵¹ Sap. vii, 24 seqq. ⁵² Isa. ix, 6. ⁵³ Gen. i, 26. ⁵⁴ Gen. iii, 22. ⁵⁵ Gen. xi, 7.

(12) LXX, ἔκτισα, *creavit*, πρὸ ἐκτίσεως. Vide S. Hier. hic, et in c. xvi Isa., etc., et notas ad LXX.

Cæterum, Deum esse eum Consiliarium (13), A sicut stillicidia stillantia super terram⁶⁶. » Ille non Angelum, ipse dubium dissolvit: non enim dixit: Erit ei nomen Angelus, sed « vocabitur, » id est, qui Deus est, is, quod jam olim consilium cepit, Angelus vocabitur. Quin ne quis id de vi quadam incorporea dictum fingeret, Deum nominat, paulatimque quod obscurum erat in lucem proferens, ait: « Fortis, Potens, Princeps pacis, Pater futuri sæculi⁶⁷. »

CAPUT VII.

Ex Psalmis idem ostenditur.

Davidis quoque hæc sententia est: « Ante solem permanet nomen ejus⁶⁸. »

JUD. Iniquum nobis videtur eam sententiam referri ad Christum. Dicimus quippe septuagesimum primum psalmum de suo filio Davidem cecinisse. Quare omitte hoc testimonio abuti et ad alium transi prophetam.

CHRIST. Deum immortalem! Verum Vatis atque Regis Deum, testor; absit, ut me ad aliam disputationem conferam, nisi psalmo omni pervoluto, sententiæ ejus confirmationem certissimam dabo! Nobis quidem dubium non est, quia hæc: « Deus, judicium tuum Regi da, et Justitiam tuam filio Regis: judicare populum tuum in Justitia et pauperes tuos in judicio. Suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam. Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum, et humiliabit calumniatorem⁶⁹. »; hæc, inquam, omnia ad Christum quin spectent, nobis dubium non est; quæ vos detorquetis et pervertitis, rati de Salomone dici; nec, dum veritatem læditis, vos lædere arbitramini; est enim, quisquis læditur, ad defensionem promptus. Atque ego vobis nihil super his respondebo, sed ipse psalmi auctor David, cujus semini promissus Christus, lyra Spiritus sancti, vobis os obturans, sic porro psalmum pertexens scribit: « Et permanebit cum Sole⁷⁰. » Num Salomon igitur tandiu duravit, quandiu Sol? et quomodo? qui nec patrem annis regni superavit. Et Davidis alio psalmo hæc sunt verba: « Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni; si autem in potentatibus octoginta anni, et amplius eorum labor et dolor⁷¹. » Quare potest etiam plures annos vivi. Videtis, ut David filium ab hoc nostro psalmo removeat? Nam si Salomonis vita ad octoginta annos non pervenit (14), qui tandem, et quandiu sol, et præ luna durabit? Neque vero id obiter dixit, sed addidit: « In generationem et generationem; » Salomon autem mediis temporibus ab orbe condito natus est: « Descendet sicut pluvia in vellus, et

non solum ex adulterio, sed etiam per eadem susceptus est. Quod Deus flagitium per Nathan arguit, ac palam fecit. Neque equidem hæc animo insultandi Dei-hominis majoribus, sed reprimeudæ contumaciæ vestræ causa, a me proferuntur. « Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis, donec auferatur luna⁶⁶. » Ille non modo, ut hominem par est, dilapsus est; sed eo regnanæ cædes non paucæ, et captivitates, quales nunquam ante, consecutæ sunt. « Et dominabitur a mari usque ad mare; et a flumine Euphrate usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procurrent Æthiopes⁶⁷. » Ille solius paterni regni sceptrum moderatus est; id quod sciunt omnes, qui Judaici imperii meminere. « Et inimici ejus terram lingent⁶⁸. » Illius hostes adeo pulverem non linxerunt, ut etiam Jeroboam, ejus servus, regnum ab eo avertens, illud sibi usurparit et occuparit. « Reges Tharsis et insulæ munera offerent: reges Arabum et Saba dona adducent⁶⁹. » Aut reges, si placet, qui sint, edite, et dona profertote (quanquam etiam diu multumque agendo, actum ageris); aut quod sequitur: « Et adorabunt eum omnes reges terræ⁷⁰. » commentum amens arguit: « Omnes gentes servient ei⁷¹. » Nili adeo non servierunt, ut postquam vetita legibus in Deum admisit, ac diis fana excitavit, Adad Idumæus, et Rakon Damasci regulus ab eo defecerint: tantumque abest ut eum gentes coluerint, ut de paterno suo regno adhuc superstes a Deo audierit, ruptum revulsisque ejus regnum, servo, non filio donandum⁷². De quo igitur psalmodus psalmum edidit? quæ enim diximus Salomonem plane repellunt.

JUD. Quod in Salomonem scripta non sint, probe jam et explore tenemus; in quem alium, nescimus.

CHRIST. Utrique, si videtur, Davidem percontemur.

JUD. Davidem, tot annos jam mortuum hodie responderet?

CHRIST. Respondebit sane, mihi credite, si studiose queramus. Cedo David, quis hic est, de quo dixisti: « Et permanebit cum sole et ante lunam⁷⁰. » Et illud: « Ante solem permanet nomen ejus⁷¹. » cæteraque quæ eo psalmo cecinisti? Quis Dominus Israelitarum Deus prædicandus? « Benedictus enim Dominus Deus Israel: et benedictum nomen majestatis ejus in æternum, et replebitur majestate ejus omnis terra, fiat, fiat⁷². »

Quid igitur? Hæc sufficiunt, an et plura addemus? Audite dicentem Isaiam: « Quis ex vobis

⁶⁶ Isa. ix, 6. ⁶⁷ Psal. LXXI, 17. ⁶⁸ Psal. LXXI, 1 seqq. ⁶⁹ ibid. 5. ⁷⁰ Psal. LXXXIX, 40. ⁷¹ Psal. LXXI 6. ⁷² ibid. 7, 8. ⁷³ ibid. 8. ⁷⁴ ibid. 9. ⁷⁵ ibid. 10 ⁷⁶ ibid. 44. ⁷⁷ ibid. ⁷⁸ Il R g. II, 4. seqq. ⁷⁹ Psal. LXXI, 5. ⁸⁰ ibid. 17. ⁸¹ ibid. 18.

(13) Nazianz. in Natalem et S. Pascha.

(14) Iuno Josephus non octogenarium, sed nona-

genarium mortuum Salomonem ostendit l. VIII Antiq. c. 3.

timens Dominum, audiet vocem servi sui ⁷⁶ ? » Et A Sapientia : « Cum meum Filium non audierint, ego quoque eos non exaudiam, dicit Dominus omnipotens ⁷⁷. » Et Osee, ex persona Dei : « Ex Ægypto vocavi filium meum ⁷⁸. » Et David, « Dixit Dominus Domino meo ⁷⁹. » De hoc igitur quid censetis? Quis alius Dominus Domino dixit? aut cui alteri Domino, quam Dominus Deus Pater, Domino, id est, ejusdem naturæ Deo et Filio? Nemo enim alius Deo et Patri dexter assidet, quam ejusdem naturæ Deus et Filius. Quod verissimum esse, accipite ex Davide, sic paulo post scribente : « Ex utero ante Luciferum genui te ⁸⁰. » Cur enim non « ex utero » solum, aut « ante Luciferum » dixit? Ut unius naturæ cum Patre Filium ostenderet. Nam quod « ex utero » ait, nihil aliud, quam natura viribusque parem, atque cognatum palam innuit. Qui namque possit aliud ex utero gigni, quam gignenti cognatum et consentiens? Quod « ante Luciferum, » comperrennem, expertem æque principii, et ævi auctorem Filium designat.

JUD. Deum immortalem! ita nos obrulisti, ut quæ dixisti, facile satis sint, nec vel minimum sit, quod contra dicamus. Sed religio est nobis, vel cogitare Deum genitum. Gignere enim perpeffionem notat; Deum vero omnes uno ore vates impatibilem et incorruptum prædicant.

CHRIST. Jam vos Scripturas jussi scrutari; nec quod in littera est crassum atque pingue, intueri; sed Juba vatam et obscura dicta tanquam manu capere, omniaque ad Deum referre. Itaque legite, ut intelligatis : quod si intelligere non vultis, ne legite quidem; ne, quæ legitis absurde intelligentes, damnemini. De hoc enim propheta prædixit; neque enim id ego dico, aliquem unquam sanctorum vatam ad divinæ naturæ comprehensionem penetrasse. Et quisnam igitur Dei æternam generationem affari, dicendoque consequi ausit, aut possit? Nam ubi nec tempus, nec ævum intervenit, non spectator adfuit, non præsto est interpres, qui potest veritas in aspectum lucemque proferrî?

CAPUT VIII.

Generatio divina mente comprehendi nequit, et quomodo fiat.

Sin illi Salomonis parcbitis monito : « A magnitudine speciei et creaturæ cognoscibiliter pterit creator horum videri ⁸¹; » facile et hanc summam difficultatem ex rebus conditis, et probe assequemini. Nam si in hac condita et sensili natura ortum citra perpeffionem damus, multo magis conditor Filius absque fluxu ac perpeffione a Patre genitus est; quemadmodum a mente sermo, aut a sole lumen. Hominum amator Deus et Dominus, quæ terrenis nostris atque infirmis ingeniis com-

prehendi posse præscit, singula detexit : que non possent, ea subjectis sub sensum exemplis quibusdam ostendit. Atque huic nostræ sententiæ testimonium dicit Salomon : « Quod si virtutem et opera creaturarum mirati sunt, ut deos putaverint, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis ⁸². » Itaque si et vos ex iis quæ creata sunt, atque his sub sensum subjectis rebus manuducti, Dei generationem absque perpeffione admittitis, planeque confitemini; quam bella hæc vestra est confessio? Sin adhuc antiquum obtinetis, phy! fœdam vestram arrogantiam, qua ex aliis in alias quæstiones ac defensionem revolvemur! Unde putatis, lux gignitur, quæ omnem cis cœlum orbem pervadit?

JUD. Ex sole.

CHRIST. Et aliquane inter solem atque lucem perpeffio interest, cum a sole lux emanat?

JUD. Minime.

CHRIST. Quid vero radius, unde creditis, oritur?

JUD. E sole itidem per lucem.

CHRIST. Radii porro ab sole effluentiam citra perpeffionem fieri confitemini?

JUD. Sane ita rem habere confitemur.

CHRIST. Quoniam sic habere confitemini, addatur et alterum exemplum hoc. Mens cogitationem gignit, qua genita per articulatam vocem sensu palam facit. Est autem impatibilis et mens, et cogitatio, et vox; quantumvis actus aer vox efficitur : vox animi scita in lucem profert. Atque id verissimum esse, explorete judicium facite ex muto; hic namque et mentem et cogitationem, et vocem habet; sed cum per articulatam non possit (neque enim habet audiendi sensum impatibilem), industrie imitatione quadam atque gestu scita prodit.

JUD. Grates Deo Opt. Max. nihil jam ambigimus, neque de Deo, et Patre, neque de ejusdem naturæ Filio, hæc enim belle planeque demonstrasti. Itaque et de Spiritu sancto dissere, sodes, et quis propheta eum increatum, atque ejusdem naturæ indicet.

CAPUT IX.

De Spiritu sancto ejusdem cum Patre naturæ.

CHRIST. Etsi ante omnes id et perspexit et acivit D Moses; hic tamen ad confirmationem ultimo loco servetur; ut quemadmodum vatam princeps est, ita disputationem claudat. Isaïæ, in persona Christi hæc sunt verba : « Spiritus Domini super me : ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis apertionem ⁸³. » Et Job dicit : « Spiritus Domini fecit me, et spiraculum omnipotentis vivificavit me ⁸⁴. » Ecquid autem vobis de hoc Spiritu videtur? Cujusnam Spiritus vis inopibus læta untiat, mente fractis medetur, a diabolo mancipatos

⁷⁶ Isa. L, 10. ⁷⁷ Prov. I, 28. Aliter habetur in Vulg. etc. ⁷⁸ Osee II, 1. ⁷⁹ Psal. CIX, 1. ⁸⁰ ibid. 3. ⁸¹ Sap. XIII, 5. ⁸² ibid. 4. ⁸³ Psal. LXXI, 1. ⁸⁴ Job XXXIII, 4.

In antiquam felicitatem restituit; *cæcis*, id est, A rum futurarum. Nam adoranda SS. Trinitate omni- quibus mens caligat, animi oculos illustrans, bus hominum generi salutem quaeritur. Elias aqua tertium Deum quoad ejus fieri potest, spectandum præbet? in struem effusa, ignem caelo devocavit, et hostiam consumpsit⁹⁸. Daniel ter quotidie domus suæ foribus apertis comprecatus, postulata accepit⁹⁹. Atque Quæ vis spiritualis omnes cælorum copias constabi- livit, ut ait David: « Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum¹⁰⁰? » Quis ille est Spiritus, qui Dei notitiam docet homi- nes, atque ad perfectionem adminiculatur? Agite, dicite.

Jud. Ne nos, obtestamur, vaticinorum vocum interpretationem posce; sed tute potius ad nos explica. Nam si a nostris vatum dicta certo exponerentur, quæstiones plane nec Ingressi quidem casemus.

Camst. Joel scriptum reliquit: « Et erit post hæc effundam Spiritum meum super omnem carnem: et prophetabunt filii vestri, et filiae vestrae: senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri, visiones videbunt. Sed et super servos meos et ancillas in diebus illis effundam Spiritum meum. Et dabo prodigia in caelo sursum, et signa in terra deorsum, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi: sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus. Et erit; omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit¹⁰¹. » Et Isaias: « Ipsi ad iracundiam provocaverunt, et affixerunt Spiritum sanctum, et conversus est eis in inimicum¹⁰². » Et Zacharias ex persona Christi: Incepit Dominus in te, Satan: sed in spiritu meo¹⁰³, etc. Idemque rursus: « Effundam super domum David, et super habitatores Jerusalem, spiritum gratiæ et precum¹⁰⁴. » Et David: « Emitte Spiritum tuum et creabuntur, et renovabit faciem terræ¹⁰⁵. » Et iterum: « Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam¹⁰⁶. » Et in Numeris: « Irruente in se Spiritu Dei, ait Baalam¹⁰⁷. »

CAPUT X.

Similitudines sanctam Trinitatem exhibentes.

Atque sic porro pariter, si placet, vatum voces atque unius naturæ Trinitatis vim designantes. Sane et Israelitarum ex Ægypto exitus¹⁰⁸, qui tridui iter progressi, Deo operari peterent, ea, inquam, res Trinitatem innuere mihi videtur. Et tres virgæ, quas patriarcha Jacob¹⁰⁹, detracta parte corticis in aquam conjiciebat, ovibus Laban adequandis: quemadmodum et nunc Salvator noster Jesus, oves ratione præditas, id est, homines sacro baptismate illustratos, servavit, ut per Ezechielem Deus ait: « Ecce ego ipse requiram oves meas, et visitabo eas; et scient quia ego Dominus Deus eorum¹¹⁰. » Quin et Ninivitarum die- rum atque noctium jejunio salutem consecuti sunt¹¹¹. Quæ res non frustra erat, sed effigies quædam re-

rum futurarum. Nam adoranda SS. Trinitate omni- bus hominum generi salutem quaeritur. Elias aqua tertium in struem effusa, ignem caelo devocavit, et hostiam consumpsit⁹⁸. Daniel ter quotidie domus suæ foribus apertis comprecatus, postulata accepit⁹⁹. Atque hæc vero, nequaquam temere erant, sed quæ gesta sanctæ Trinitatis arcanum notarent.

Nihilominus si crassiora vaticinia, utpote cras- siores, requiritis, agite sane, et crassiora tractemus. Itaque Jobi hæc sunt verba: « Vivit Deus, qui abstulit iudicium meum; et Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam: quia donec superest habitus in me, et Spiritus Dei¹, qui fecit me. Abraham parens vester tres angelos epulis accepit, quibus Domini ex æquo nomen unum tribuit, dicens: « Domine, si inveni gratiam coram te, » et quæ sequuntur². Deum vero quod Abraham excepit, et non angelos, evidens est non solum ex risu Sarae præensione; sed ipse adeo Deus ei post epulas confirmat, se ejus esse Deum: « Revertens veniam ad te tempore isto, et habebis filium Sara uxor tua³. » Et ductum foras sic est allocutus: « Suspice caelum, et numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam. Dixitque ad eum: Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum⁴. » En vobis SS. Trinitatem. Primum, inquit, « Ego sum Deus tuus: » et ex Sara dabo tibi filium, cui benedicturus sum. « Revertens veniam ad te tempore isto, et habebit filium Sara uxor tua. »

Deinde eo foras educto, et cum stellarum numerum consequi non posset, numerosam posteritatem ei condita, addit: « Credidit Abraham Deo⁵. » Ac tertio: « Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum⁶, » et per triadem hanc, triplicem in divinitate personam doceremini. Videte rursus tres personas in una natura, velut unam, disserentes. Etenim Abrahamus, cum sanctam Trinitatem committaretur, id ab ea dictum accepit: « Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam et videbo, utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint; an non est ita, ut sciam⁷. » Jam et Mosi imperantis Dei hæc sententia est: « Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob⁸. » Nec dixit: Ego sum Deus Abraham, Isaac, Jacob: sed addit « et » copulam, ne et Filius, et Spiritus sanctus indesignati essent; sed velut copula Abrahamum, Isaacum, Jacobum, tres homines ostendit, ita et Deiatis triplex usurpatio tres personas declarat. « Ego sum Deus Abraham, » hoc est, Pater, « et Deus Isaac, » id est, Filius ex eo genitus, « et Deus Jacob » scilicet ter sanctus

⁹⁸ Psal. xxxii, 6. ⁹⁹ Joel. i, 28 seqq. ¹⁰⁰ Isa. lxiii, 10. ¹⁰¹ Psal. cxlii, 10. ¹⁰² Num. xiv, 2. ¹⁰³ Zach. ii, 2; 6. ¹⁰⁴ Zach. xii, 10. ¹⁰⁵ Psal. cxl, 30. ¹⁰⁶ Psal. cxlii, 10. ¹⁰⁷ Num. xiv, 2. ¹⁰⁸ Gen. xxx, 37. ¹⁰⁹ Ezech. xxxiv, 11 et 30. ¹¹⁰ Dan. vi, 10. ¹¹¹ Job. xxvii, 2, 3; xxxiii, 1. ¹ Gen. xviii, 5. ² ibid. 10. ³ Gen. xv, 5. ⁴ ibid. 6. ⁵ ibid. 7. ⁶ Gen. xviii, 20, 21. ⁷ Exod. iii, 6.

vivificus Spiritus, ex Patre manans (14), et in Filio A
conquiescens. Cœlestes autem copię Cherubinorum
Seraphinorumque irremissa voce, prodente Isaia,
clamant : « Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus
Deus exercituum, » ter ingeminando « Sanctus, »
tres personas; semel « Dominus exercituum, »
unam Deitatem notantes. Est enim vere unus Do-
minus, et una Deitas Patris, et Filii, et Spiritus
sancti.

JUD. Per Deum rerum omnium architectum, veræ
hæ vatum voces sunt, eoque sine ab his proditæ;
patres vero nostri, frustra in nuda occupati littera
errarunt.

CHRIST. Ades vero Moses, refer de Spiritu sancto,
quid in Numeris tæcum locutus sit Deus : « Congrega
mibi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu B
nosti, quod senes populi sint ac magistri : et duces
eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi
stare tecum, ut descendam et loquar tibi; et aufe-
ram de Spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent
tecum onus populi, et non tu solus graveris. Et
congregavit Moses septuaginta viros de senibus
Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descen-
ditque Dominus per nubem, et locutus est ad eum,
auferens de Spiritu qui erat in Mose, et dans sep-
tuaginta viris. Cumque requievisset in eis Spiritus,
prophetaverunt, nec ultra cessaverunt. Reman-
serant autem in castris duo viri, quorum unus
vocabatur Eldad, et alter Medad, super quos re-
quievit Spiritus; nam et ipsi descripti fuerant, et
non exierant ad tabernaculum. Cumque propheta-
rent in castris, cucurrit puer et nuntiavit Mosi,
dicens : Eldad et Medad prophetant in castris.
Statim Josue filius Nun, minister Mosi, et electus e
pluribus, ait : Domine mi, Moses, prohibe eos. At
ille : Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat,
ut omnis populus prophetet, et det eis Dominus
Spiritum suum¹⁰? » Pudeat eos, qui Spiritum hunc
alterius nature, quam Dominum censent. Nam si
id in hominibus, ne dicam de singulis animalibus,
impossibile est, multo magis in Deo. Quid agimus?
creditis? Utram oculorum mentis vestræ lippitu-
dinem elueretis aqua veritatis, unigenamque Dei
Filium videretis salutis humanæ causa cœlo de-
gressum, de Spiritu sancto ex Maria Virgine incar-
natum, et hominem factum, ac pro nobis sub Pontio
Pilato crucifixum, passum, et sepultum, tertiaque D
die, secundum Scripturas, suscitatum, in cœlum
reversum, Patri dextrum assidentem, et magnifice
olim judicandis vivis atque mortuis rediturum, ini-
perio nunquam finiendo.

JUD. At si Mosis Deum in terra incarnatum, et
hominem factum de Davidis progentie, atque Vir-
gine prædicatis, quo pacto nos, Judæos, seu Syna-
gogam rejecit, quam per Mosen atque legem sibi

vindicavit; maxime quorum e stirpe hominem fa-
ctum corpus suum assumpsisse perhibetis? Nam si
servando hominum generi homo factus est, multo
magis nos, quam alios admitti oportebat, quorum
ab gente Dei notitia per parentem nostrum Abra-
hamum prodierit; ac tum fortasse exteros quoque,
si volebat, pro humanitate sua asciscere. Hoc enim
nos vel in primis inducit, ne hæc esse illum Mosis
Deum fateamur.

CHRIST. Sciendum vero est, Dei dona esse im-
mutabilia; nam cum simplex sit, simplicia quoque
sua beneficia locare solet. Atque id verum esse,
ex insensibilibus rebus conjecturam facere, et per-
spicere est. Nam et cœlo perennem nobilitatem,
et soli splendorem, ac lunæ, ne singula persequar,
et sole lumen haud sane obnoxius, largitus est;
eaque tot jam ætates immota durant. Primigenio
autem parenti ejusque posteris munus, arbitrii
libertatem dedit. Hujus gratia Abelis donis propi-
tius, Cain desepxit, pro utriusque ingenio¹¹. At-
que ex eo hactenus, ne satietatem dicendo afferam
(satietas enim orationis inimica est auribus), e
malos male, et bonos benigne accipit, ut cujusque
actiones et facta merentur. Id quod per virum Dei,
qui Heli filiorum scelera exprobrabat, his verbis
testatur : « Quicumque glorificaverit me, glorifi-
cabo eum : qui autem contemnunt me, erunt igno-
biles¹². »

CAPUT XI.

De divina Providentia.

Quid igitur? commune hoc humanitatis donum
propter vos Judæos tollendum erat, nec bonis præ-
mia tribuenda, nec malis supplicia irroganda?

JUD. Minime.

CHRIST. Quod si id adeo absurdum censetis, vel
sane judicatis, quæ alia opifici Deo adhibenda erat,
nec adhibita est procuratio? An non apud Abra-
hamum epulari, qui nullius egeret, sustinuit? Au-
non deinceps per Isaac, et Jacob, ac duodecim pa-
triarchas, unigeniti Filii incarnationem varie de-
textit; uti tum in Genesi et Exodo, tanquam in
enigmatate, clamat Moses? Tum autem qui vos
crassiores sciret, crassiores etiam solutiones per
vates adhibuit. Quid enim his Jeremiæ verbis
clarius? « Hic est Deus noster, et non æstimabitur
alius adversus eum. Hic advenit omnem viam D
disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et
Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et
cum hominibus conversatus est¹³. » Aut illis Isaia
quid aptius? « Ecce Virgo concipiet, et pariet filium,
et vocabitur nomen ejus Emmanuel¹⁴; » quasi
dicas : Nobiscum Deus, et quæ reliqua sunt clari-
riora vatum præconia. Denum ipse quoque ortus
Servator : « Non sum missus, inquit, nisi ad per-
ditas oves domus Israel¹⁵. » Proditus vero, et se-

¹⁰ Isa. vi, 3. ¹¹ Num. xi, 6-29. ¹² Gen. iv, 4. ¹³ I Reg. viii, 30. ¹⁴ Baruch iii, 57, 38. ¹⁵ Isa. vii, 13. ¹⁶ Matth. xv, 24.

(14) De processione Spiritus sancti loquitur auctor iste, ut Græcus.

polus, atque suscitatus, tum discipulis gentium A quoque eruditionem mandavit, dicens: « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ¹⁶. » Id quod et Salomonis sapientia prædixit: « Quia vocavi, et renuistis: despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis; ego quoque in interitum vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit ¹⁷. » Itaque varie Deus salutem vestram procurandam studuit; eoque nomine, quod renueritis, gentes vos damnabunt; quod ipsæ, Judæorum adjumentis, quæ Deus olim per Moysen, qua in Genesi, qua in Exodo, ut diximus, obscure proposuit, ac post etiam difucidioribus vatum oraculis acceptis, justitiæ lumen admiserunt: vos B quorum causa hæc omnia conscripta sunt, quibusque vates suum sanguinem fuderunt, vos, inquam, rejecto sole, tenebras pro pereant luce elegistis; quibus tamen illuminandis ipse quoque demum unigenitus Dei Filius et lux æternæ lucis, suum quoque sanguinem fudit,

JUD. Si vere nobis ostendes, Moysen, tum in Genesi, tum in Exodo de his locutum, et tecum sentiens, et credemus.

CHRIST. Si crassiores prophetarum prædictiones, aperte Dei Filium prædicantes, vestri majores non audierant; scilicet, Mosaica vobis scripta, quæ non palam, sed obscure omnia prædunt, vobis faciat fidem.

CAPUT XII.

Cur Deus arcana fidei homines initio celaverit.

JUD. Et cur autem non planius aperuit?

CHRIST. Erat tum intempestivum, ut dicebam, id proderet. Nam si de Cherubinis atque Seraphinis, atque omni cœlesti satellitio propheta nihil prodidit, quas res apud se explore cognitas haberet, sed ex aspectabilibus, sub sensumque subjectis erigere nos primum ad Dei notitiam voluit; quanto magis de perenni, et temporis experte Trinitate, aut Filii incarnatione? quæ et tot vatum indicibus patefacta, et porro exhibitâ ac perfecta, hæcenus a vobis negatur. Sed nimirum quæcunque, ut aiebam, obscurius dixit, duabus his de causis fecit: tum ut divina se notitia plenum ostenderet; tum ut qui post se eodem spiritu essent affecti, ex ænigmatis ad divinum splendorem erigerentur. Itaque infructuosum sit ea vos docere.

JUD. Imo vero rogamus, dissere nobis ea, quæ sunt ex Mose desumpta. Nam et principem a Deo vatem Moysen accepimus, et is ex Ægypto eductos in Dei notitiam induxit.

CHRIST. Igitur a primo Dei amante homine, id est, Abrahamo, ordiamur. Ei duo erant nati, unus ex ancilla, alter ex libera. Nam cæteri sine nomine

sunt, atque a felicitate alieni. Horum Isaac duplicem gessit figuram: unam ordine nascendi; electum ex gentibus populum, Christo adhaerurum referebat; modo autem nascendi, et immolatione, Christi Domini nativitatem et mortem figurabat: Ismael contra typum expressit Judæicæ gentis: atque id verum esse, audi Deum Osee mandantem: « Sume tibi uxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur universitas Judæorum a Domino ¹⁸, quamobrem non uxor mea, et ego non vir ejus ¹⁹. » Quibus verbis sacerdotium quoque abrogandum innuebat. Cum enim meretricata esset (Synagoga), multata est regno et sacerdotio post Christi adventum, qui princeps verus est atque rector.

CAPUT XIII.

Judæicæ gentis a Deo defectio.

Igitur si non est iis sacerdotium, ut certo non est, evidens est eos meretricari. Nam quorum illegitima sunt nuptiæ, si adulterium committunt. Quod si jam omnes fornicantur, atque ex adulterio nascuntur, omnes spurii sunt. « De scorto autem natus, ait Moysi lex, non ingreditur Ecclesiam Domini ²⁰. »

Operæ pretium est autem querere, cur a Deo fœdus circumcisionis pactum sit in Ismaele, et non in Isaac? Ego affirmo causam fuisse, quod circumcisio erat desitura: atque id verum esse, ex his Dei ad Abrahamum verbis apparet: « Tu ergo custodies pactum meum et semen tuum post te in generationibus suis ²¹. » Et iterum: « Omne masculinum in generationibus vestris circumcidetur ²². » De Isaac autem non ita Deus pœficietur; sed: « Constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum ²³. » Observate, ut Ismaeli, qui Synagogam ferre putatur, quippe primigenitus, firmaturum se fœdus duratura ejus posteritate promittat: cum Isaac vero, qui novum populum representat, sempiternum inest fœdus. « Ancilla concepisse se videns, despexit dominam suam ²⁴; » Synagoga scilicet, accepta lege, ac bysso purpuraque, rego, inquam, ac simul pontificatu ornata, heram contempsit suam, manum contra Dei omnipotentis majestatem et dextram sustulit; ejusque vultum omnino effugere conabatur, dum « occidere prophetas, et lapidare ad se missos moliebatur ²⁵. »

CAPUT XIV.

Comparatio Synagogæ et gentium.

Præpotens autem Deus exiliis (ut quæ prime sponte fugisset) Synagogam male multans, tandem velut ancillam durius habitam, propitius per prophetas jussit ad heram suam, id est, Hierosolymam reverii ²⁶, et ejus se manui submittere; adorare videlicet in Bethleem natum, et Servatorem Deum Christum confiteri. Cumque reversa Synagoga non modo non conduceretur, sed etiam Isaac, seu recens

¹⁶ Matth. xxviii, 19. ¹⁷ Prov. i, 24, 25. ¹⁸ Osee 1, 2. ¹⁹ Osee ii, 2. ²⁰ Deut. xxiii, 2. ²¹ Gen. xvii, 9. ²² ibid. 12. ²³ ibid. 19. ²⁴ Gen. xvi, 4. ²⁵ Matth. xxiii, 37. ²⁶ Gen. xvi, 9.

natum Christum illuderet, enim post chlamyde amictret, et contextam e spinis coronam capiti imponeret; tum vero audivit Christum ad Patrem suum clamantem: « Ejice ancillam, id est Synagogam, de domo mea, ne mihi thus adoleat; neque enim ancillæ filius erit hæres cum filio liberæ »; » nam æque Judæi atque gentes paratum regnum possidebunt; quorum illi Christum, ceu facinorosum in crucem egerunt; gentes vero cum facinorosis crucifixum conspicatæ, Deum confessæ sunt.

CAPUT XV.

Filii et res Abrahami cum Deo collatæ.

Atque ea quidem in typo Synagogæ, id est, Ismaele sunt peracta²⁷; hæc autem in Isaac, novi populi figura, primum quia ex sterili effeta, et grandæva natus. Nam quia ex Virgine nasci homini non est concessum; (quod Deus privilegium sibi et ingens quiddam, et arcanorum atque admirabilium maxime admirabile et arcanum consecravit), oportebat aliquem typum atque umbram hujus veritatis ex effeta nasci Abrahamo. Quin et verba etiam similia sunt, quæ de Christi nativitate dicebantur, et quæ de Isaac præcedebant. Igitur illic Deus: « Quare risit Sara? nunquid Deo quidquam est difficile²⁸? » Hic Gabriel Virgini: « Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum²⁹. » Illic: « Revertens veniam ad te tempore isto; et habebis filium Sara, uxor tua³⁰. » Hic: « Spiritus sanctus superveniet in te; et virtus Altissimi obumbrabit tibi³¹. » Notate sane, ut post digressum, sanctæque Trinitatis hospitium, Isaaci conceptus sit consecutus. Quo edito, non jam Abraham a Deo audivit, quod de Ismaele firmandum secum fœdus duratura ejus posteritate; sed patrem se multarum gentium effectum iri, ingenti sobolis incremento auctum, fœdus autem cum Isaaco æternum paciscendum³². Videtis Synagogæ abrogationem, ac novi populi perpetuitatem. Sed jam ad Abrahami quoque immolationem oculos referamus, et Isaacum videamus Dominici supplicii exemplum gerentem. Nam ut Abrahamus Dei studio natum condonavit, ita et Deus pro summa sua humanitate atque benevolentia pro nobis charissimum Filium ad necem obtulit. Illic Abrahamo jubet Deus: « Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis (15), Isaac³³. » Neque enim temere illum amabas: sed qui amore dignus erat, abs te quoque amabatur. Illic opificem meum Christum, ipse assumpti Deus, atque idem secundum divinitatem ejus Pater, contestatur charissimum suum esse Filium: « Illic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit³⁴. » Non delector, inquit, Filii nece, sed quantumvis

A comperentem, ac natu æqualem, mihi que charissimum, corpore propter hominum salutem mactari volens patior. Illud vero dignum quæstione est. Cur Abrahamo sæpe hostiis operato, locum ei Deus non ostendit; in Isaaci immolatione præcepit: « Vade in terram visionis, super unum montium, quem monstravero tibi³⁵. » Illum ipsum, opinor, locum ei Dominus ostendit, in quo meus Dominus crucifigendus erat. Nam Palæstinum solum prope Hierosolymorum fines adjacet.

CAPUT XVI.

Cur in monte sacrificare Abraham filium jubetur.

Mane surgens Abrahamus, asinum sternit. Asinum quidem Abrahamus, Judas autem Judæorum collegium concevit: adhibitisque duobus pueris, duobus sæu populis, seu regibus, Pilato et Herode (pueros enim sacræ Litteræ imperitos vocare solent) et Isaaco filio, profectus, tertio post die ad locum, quem ei dixerat Deus, pervenit. Nam quia non erat moriturus Isaac itinere faciendo, post triduum resurrectionem significavit. Sublatis oculis, Abraham locum procul animadvertens; et meus Jesus supplicium suum ab omni æternitate dedicavit; famulis jubet, ut ibi cum asino præstolentur, dum ipse et puer illo eant. Itidem et suis discipulis meus Salvator atque Deus ait: « Ecce venit hora, et jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria; et me solum reliquatis: et non sum solus, quia Pater mecum est³⁶. » Sed tanquam propheta, illic Abraham: « Postquam adoraverimus, revertemur ad vos³⁷. » Hic animorum perspector: « Postquam resurrexero, præcedam vos in Galizæam³⁸. » Atque ita quidem Servator. Abraham vero sacrificabilibus lignis Isaac filio suo impositis; erat enim dulcis Jesus suam crucem portaturus; ipse ignem ferebat manu; conjuncta enim humanitati divinitas ibat; gladium vero portabat: « Quia unus militum lancea latus ejus apernit³⁹. » Et pergebant duo simul; ambæ naturæ in una Christi persona; manebatque divinitas corporis effectrix, immota penitus, et sine affectu; quemadmodum et Abraham, Isaaci parens; Isaac, vero parenti suggerebat: « Ecce ignis et ligna: ubi est victima holocausti⁴⁰? » Servator, itidem passionis tempore: « Pater mi, inquit, si possibile est, transeat a me calix iste; Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma⁴¹. »

CAPUT XVII.

Isaac immolandus Christi crucifixi typus est.

Progressi autem ambo; id est, Deus homo Jesus, in locum pervenerunt, scilicet Golgotha. Atque ibi

²⁷ Gen. xxi, 20. ²⁸ Gen. xviii, 14. ²⁹ Gen. xviii, 13. ³⁰ Luc. i, 57. ³¹ Gen. xviii, 10. ³² Luc. i, 35. ³³ Gen. xvii, 5 seqq. ³⁴ Gen. xxii, 8. ³⁵ Matth. iii, 17. ³⁶ Gen. xxii, 2. ³⁷ Joan. xvi, 32. ³⁸ Gen. xxii, 5. ³⁹ Matth. xxvi, 32; Marc. xiv, 2. ⁴⁰ Joan. xix, 34. ⁴¹ Gen. xxii, 7. ⁴² Matth. xxvi, 39.

(15) LXX ἡγάπησας, ad quod forsan alludit in seqq.

Abraham extruxit aram; uti et hic *lithæostros*. A perspectam, quemadmodum ex sua olim stirpe per tribunalis locus lapide præstructus fuerat; impositisque lignis; sic enim et in Calvariâ crux est destra; Isaac filium suum constringens, id est, Christus ad tegendam divinitatem corpore amictus; lignis in ara superponit; eo quod in ligno, o miraculum! suspenditur ille, qui Adamum lapsam per lignum erat restitutus, et qui in arca lignea Noë totatus fuerat. Deinde ferro manum admovet, ad filium suum immolandum; nam his omnibus patrandis Abraham inaspectabilis Patris de unigenito Filio decretam atque voluntatem ostendit: « Et ecce angelus Domini de cælo clamavit dicens; Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum⁴². » Hic angelus e cælo cum Abraham sermocinatur; in Dominico supplicio, magni consilii Angelus, Deum et Patrem inclamavit: « Eli, Eli, lamma sabactani? hoc est; Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me⁴³? » Et Angelus ad Abraham: « Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam; nunc cognovi, quod times Deum⁴⁴. » At vero: « Nunc cognovi, » pro illo, demonstrasti jam mihi: non enim ignarus erat Dominus: « Et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. » Igitur Abraham mactando filio suam erga Deum observantiam ostendit: ille vero Antiquus dierum⁴⁵ Deus erga homines amorem suum probavit immolando unigenito Filio.

CAPUT XVIII.

Aries cum cornibus inter vepres quid significet.

Tum Abrahamus erectis oculis pone conspexit arietem. Aries hic verbi assumptum intelligatur. Nam de eo sic prodit Isaias: « Sicut ovis ad occisionem ducetur⁴⁶. » Hærentem cornibus, id est, cruci affixum, in frutice Sabec, quod est remissio: apud Hebræos enim Sabec remissionem notat: aggressusque Abraham, id est, unigenitus Dei Filius, comprehensum arietem, id est, assumptum corpus in holocaustum obtulit; supplicio, puta, objecit, pro filio, Adamo scilicet lapsus. Atque ista vera esse, audite cum Abrahamo colloquentem Deum: « Per memetipsum juravi, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me: benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum⁴⁷. » Et post pauca: « Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ⁴⁸. » Quorum verborum hæc est sententia: Ex tui filii posteritate, scilicet Isaac, qui mei Filii est typos, meæ natura mihi conjunctus Filius prodibit, per quem omnes orbis terrarum gentes hospitantur. Abrahamum vero œconomizæ arcanum habuisse

perspectam, quemadmodum ex sua olim stirpe per Isaac et Jacob Dei Filium Incarnandum esset, evidens est ex eo quod sui generis uxores acceperint. Nam ipse accepta sua consanguinea⁴⁹, Isaacum quoque accipere permisit⁵⁰, parique modo Isaacus Jacobum⁵¹; sed Rebeccam nullo servo conjugem petiit⁵²; ita enim et Deus per Mosem Synagogam instauravit. Jacobum, qui Christi exemplum ferebat, ad suos gentiles Isaac privatim dimisit, duas inde uxores duriter et laboriose ut sibi duceret. Itidem et Pater ab omni æternitate unigenam suum Filium ad creaturam suam, id est homines, dimisit, ut inde carnem assumens, per supplicium, et Dominica miracula duas Ecclesias velut nuptum acciperet.

CAPUT XIX.

Comparatio Jacobi et Esau.

Quod ita se habere, audite Dei ad Rebeccam responsum: « Duæ gentes sunt in utero tuo et duo populi ex ventre tuo dividuntur, » scilicet Judæorum unus, alter exterorum; « populusque populum superabit, et major serviet minori⁵³. » Qui se natum majorem factat, alteri post nato serviet; id est, Judæica gens Ecclesiz ex gentibus collectæ serviet. Atque id et Dei angelus (16) his ad Heli pontificem verbis confirmat: Te tuamque patriam domum sic excindam: « Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum et animam meam faciet. » Sane qui omnia ex ingenio animoque Dei facit, is ex Deo est, et iterum Angelus: « Et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus, » id est, usque ad consummationem, atque itidem: « Futurum est autem, ut quicumque remanserit in domo tua, » interuocionem, aut captivitatem effugiendo; « veniat ut oratur pro eo, et offerat nummum argenteum, dicatque: Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis⁵⁴. » Quod angeli ad sacerdotem ænigma ejusmodi est: Inopem, Judææ solo multatum, venturum ad Ecclesiam ex gentibus constitutam, nummum argenteum petiit: et viro illustris ac pontificii generis dicit: Non ambio mihi sacerdotium, neque regnum desidero, sed ut in aliquod sacerdotium rejiciar, et non ut ministrem, velut prius, sed ut panem minimum fuerer. Idemque David præsciens ait: « Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum⁵⁵. » Dei domum vates Ecclesiam ex gentibus notat; impiorum tabernacula Judæorum fara. Vere enim Judæum nomen in externa Ecclesia abjectum et infame, nudum, exsul, regno omni et sacerdotio exutum. Atque hæc sic habere, ex iis quæ post dicentur, constabit.

⁴² Gen. xxii, 11. ⁴³ Matth. xvii, 46. ⁴⁴ Gen. xxii, 12. ⁴⁵ Dan. vii, 9. ⁴⁶ Isa. liii, 7. ⁴⁷ Gen. xxii, 16. ⁴⁸ ibid. 18. ⁴⁹ Gen. xxiv, 4. ⁵⁰ Gen. xxv, 20. ⁵¹ Gen. xxviii, 2. ⁵² Gen. xxix, 21 sqq. ⁵³ Gen. xxv, 23. ⁵⁴ I Reg. ii, 35, 36. ⁵⁵ Psal. lxxxiii, 11.

(16) In Hebræo, ut et in Græco, ad verbum est, *vir Dei*, id est divinus vates, quomodo vertit et Chaldeus.

Ac prioris quidem populi figura est Esau; poste- A
rioris Jacob. Neque enim vero propter exemplum ad
naturæ quoque excidium fas est grassari: « Post-
quam tempus pariendi advenerat (nam superiora
iterum tractemus) qui prior egressus est, rufus
erat, et totus in morem pellis hispidus: vocatum-
que est nomen ejus Esau⁶⁷. » Irarum et immanitatis
plenus Esau vultus est: tales enim et Israelitæ
sunt: itaque et sui generis vates interfecerunt, et
denum in ipsum etiam Christum admiserunt.
« Proflinus alter egrediens, plantam fratris tenebat
manu, et idcirco appellavit eum Jacob⁶⁸, » ea re si-
gnificans, et se eo potiturum, et servum ac ministrum
habiturum; nam calces laboris præcipuum sunt, et
ministerii iudices. Erat autem Jacob lævis: quod
humanæ mansuetudinis signum est; talisque est
fide recens instructus populus, mitis, ac sine ira.
Venustas enim corporis argumentum habet pul-
chritudinis internæ, et quæ mente teneatur. Eratque
Esau venandi peritus: nam Israelitæ cruore et bru-
ticidiis gaudent; Jacob quietus ædium habitator⁶⁹:
tales sunt etiam in fide novi, comes, expertes iræ,
et solam pietatem docti amare. Sed Isaac diligebat
quidem Esau, non ut virum bonum, et voluntatis
Dei conscium, sed venandi studiosum. Idque ita
esse ut intelligeretur, causam quoque sacræ Litteræ
adjiciunt, « eo quod de venationibus illius vesce-
retur: et Rebecca diligebat Jacob⁶⁸. » Ubi est
enim non mendax promissum, et verus amor con-
sequitur. Esau vero non ut virum bonum a patre
amatum, nulli dubium est; qui panis paucillo, et
confecto ex lente edulio, ætatis prærogativam ad-
dixerit. Atque ita sane et Synagoga propter exilem
regnandi voluptatem adoptione excidit; Jacobo ma-
tris opera, ingenii facilitate, patris felicitatem
aiepto. Ac quemadmodum Rebecca Jacobum, ita
et mei Christi incrementa victima novum populum
Deo et Patri conciliavit et placavit. Sed quoniam
rejectus a Deo est Esau, et nos adeo hactenus
de eo sermocinati, deinceps quæ ad Jacob solum
spectant prosequamur. Etsi illud prius operæ pre-
tium est dispicere, cur Esau paterni boni omnis
causa, ingenti obito labore, difficilem se præbens
pater graviter ejulantem benedixerit. Hoc facto,
opinor, Isaac scelestissimam Synagogam docet, nisi
ad Deum hominem Jesum, quem in crucem egit,
reversa, eum regenerationis lavacro, perinde ac
Esau patrem lacrymis, propitiet, cæleste regnum
consequi non posse. Sed rursus ad vaticinium
sermonem referamus. « Igitur egressus Jacob de
Bersabee pergebat Haran. Cumque venisset ad quem-
dam locum, et vellet in eo requiescere post solis
occubitum⁶¹. » Jacobo solis, qui mente teneatur,
signis divinitus erudiendo, sensilem condi solem
oportebat, ut quam subiturus quoque erat in domi-
nico supplicio caliginem præsigiret.

⁶⁷ Gen. xxv, 25. ⁶⁸ Gen. v, 26. ⁶⁹ ibid. 27. ⁷⁰ Gen. xxv, 28. ⁷¹ Gen. xxviii, 10, 11. ⁷² ibid.
⁷³ Gen. xxviii, 11. ⁷⁴ ibid. 12. ⁷⁵ ibid. 13. ⁷⁶ Joan. 1, 51. ⁷⁷ Hebr. 11, 14. ⁷⁸ Gen. xxviii, 13.
⁷⁹ Matth. x, 28. ⁸⁰ Psal. xxx, 9.

CAPUT XX.

Jacobi res cum Christo colatæ.

« Tulit de lapidibus qui jacebant, et supponens
capiti suo⁶². » Lapidem Jacob sumpsit, quoniam
exterarum gentium populus per augustum illum et
« angularem lapidem, » id est, Christum, ad Deum
confluxurus erat. Igitur hic quoque anguste lapideum
ad caput adhibuit « Dormivit in eodem loco⁶³. »
Nam etsi corpore dormiebat Jacob; at Israelis mens
sollicitabatur: « Viditque in somnis scalam stan-
tem super terram, et cacumen illius tangens cælum⁶⁴. »

CAPUT XX.

*Scala Jacob typus B. Virginis, et reliqua
Jacobi gesta.*

Scalam hęc mihi Virginem intellige, per quam
in cælum e terra surrigimur. « Angelos quoque
Dei ascendentes et descendentes per eam, et Domi-
num innixum scalæ⁶⁵. » Primum ad eam descendit
Gabriel, Dominum nuntiaturus eodem faustissimo
nuntio conceptum iri, ex eaque jamjam Deum ho-
minem profiturum. Deinde et ministri, ac salutis
nostræ custodes. Servator enim meus in Evangelio
confirmat: « Videbitis cælum apertum, et angelos
Dei ascendentes et descendentes supra Filium ho-
minis⁶⁶. » Ascendentes ad eum, qui Deus cum
esset, homo etiam factus, inaspectabili Patri dexter
assidens: descendentes ad homines, procurandæ
eorum salutis causa. Id enim et Paulus, mei Christi
os, testatus est, cujus de angelis hæc sunt verba:
« Nonne omnes sunt administratorii spiritus in
ministerium missi propter eos qui hæreditatem capi-
ent salutis⁶⁷? » Sed ad vaticinium revertamur.

Atque ille eum sic est allocutus: « Ego sum Do-
minus Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac⁶⁸. »
Ego. Quis? Scalæ imminens. Ne metue, scilicet ab
Esau fratre tuo. Itidem et Servator suos discipulos
monebat: « Nolite timere eos, qui occidunt corpus,
animam autem non possunt occidere⁶⁹. » Quod eo
pertinebat, ut terrorem ils eximeret, qui in se spem
habent; quomodo et beatus David felicem clamat⁷⁰,
qui in eo spem ponit. « Terram, in qua
dormis tibi dabo, et semini tuo. » Ejus stirpem,
non solum ex eo prognatos, sed externos quoque
Deus appellat. Nam ut Esau, qui filius Isaac erat,
in Synagoga felicitate numerum nullum tenuit,
quod virtutis et Dei notitiæ iter non insisteret; ita
qui per Dei notitiam et virtutem, etiam si ex genti-
bus sint, Christo se adjungunt, filii Israelis erunt.
Siquidem Israelis notatio est, « meus Deum videns. »
Itaque qui mentem habent purgatam, ad divinum
splendorem suscipiendum, merito Israelis filii et
sunt, et nominantur. Atque hanc nostram senten-
tiam reliqua sacræ Scripturæ facile confirmabunt:

« Eritque semen tuum quasi pulvis terræ; dilataberis ad Occidentem et Orientem, et Septentrionem, et Meridiem ⁷¹. » Videte ut quaternas mundi partes sacræ Litteræ complectantur? cum Judæa notum aliquod, et minimum terræ segmentum sit. Itaque id magis illustrans vates, addit: « Benedicentur in te, et in semine tuo, cunctæ tribus terræ ⁷². » Id est, ab exorto Jesu Christo Deo. Sin id evertere conamini, nulla inter vos et gentes felicitas et communio erit, sed discidium atque dissensio. Nam hactenus apud omnes gentes contempti, et invis estis. « Et ero custos tuus, quocumque perrexeris. » Quare certus hanc ab æterno œconomiam in tua stirpe complendam, iter omne tuum securus decurre. « Et reducām te in terram hanc, » id est, in antiquam Adami nobilitatem restituam. « Nec dimittam nisi complevero universam, quæ dixi ⁷³. » Non deficiet, inquit, tuam stirpem felicitas, quin ex ea, id est, ex Virgine, corporis quasi miscellam assumpsero.

Quod si quis id pressius intelligere vult, Jacob ipsum percontetur. Cedo, beate Israel, quænam ea sunt, quæ benignus Sabaoth Dominus facturum se promittit? « Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium ⁷⁴. » Audivistis prophetæ vocem nostris verbis consentanea loquentem? Illud enim quod constitutum est, conceptum ante sæcula arcanum significat. « Cumque evigilasset Jacob de somno, » id est, scientiam omnem eorum, quæ Deus dixisset, memoria complexus: « ait: Vere Dominus est in loco isto, et ego nesciebam ⁷⁵. » Et intelligentiam subobscurè innuit, et comprehendendi impotentiam fatetur; pavensque: « Quam terribilis est, inquit, locus iste ⁷⁶! » Vere tu quidem, beatissime Israel. Valde enim terribilis est Dei ad mortales descensus. « Non est hic aliud, » scilicet e scala, id est, ex Virgine Maria, incorporatum, « nisi domus Dei, » quæ est, inseparabilis unio, « et hæc porta cœli ⁷⁷. » Hæc, scala, Virgo simul et Deipara, cœli porta est. Nam per eam descendet cœu in vellus pluvia, unigenitus Dei Filius. Hæc qui viderat, atque exploratè tenebat, nostis quemadmodum mane sulgens Jacob, et lapidem ei, quem conspexerat, inunxerat, et votum nuncupavit: si hoc suum iter Dominus scalæ innixus fortunasset, cum sibi Deum fore; et hoc saxum, quod figuram contineret impolluti ejus corporis, Dei domum. Quin et decimas ei daturum: qua re Synagogam instruebat, quæ omnium domi natorum decimas pederet; et spiritualem ac novum populum significabat, qui totius ætatis suæ atque vitæ decimas consecraret. Itaque a Deo itineris compos, atque ad Laban incolumis perductus. « Vidit (nam Mosis iterum verba tractemus) puteum in agro, » id est, in corpore fontem immortalis vitæ. « Duos quoque greges ovium accubantes juxta eum ⁷⁸, » Judæorum et

A exterarum gentium populum. Ita enim eos meus Christus appellat: « Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem; et animam meam pono pro ovibus meis ⁷⁹. » Notate diligenter. Nam ex eo puteo adaquabantur, quemadmodum Christus in Evangelio ait: « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat ⁸⁰. » Oves illic brutæ, hic rationales. « Et os ejus grandi lapide claudebatur. » Is lapis monumenti Servatoris Christi saxum designat. Eodem omnes greges cogebant, scilicet prophetæ et apostoli; avolutoque saxo oves adaquabant, id est, explicandis sacræ Litteræ populum cœlesti musto rigabant. Rursumque saxum ad os putei adolvebant. Saxum hoc putei, quod saxum est monumenti immortalis vitæ, congregati duo pontifices Annas et Caiphas cum custodia, ad os monumenti adolverunt. Et Jacob duos pastores allocutus. Illic scilicet Jacob duos pastores, hic Salvator noster atque Deus, velut alter Jacob, duos pontifices. En, inquit, diei multum adhuc est; longum pœnitendi spatium; nec tempus est cogendi pecoris, tempus illud sequendi mei adventus, quo oves ab hædis separém. Adquate oves, Dei notitiam per actus pœnitentiæ docete, et pastum ite; hoc est, in æterna tabernacula concedite. Ad quem illi, Non possumus, inquit. Idem responsum et pontifices ovium pastori dederunt. Non possumus, qui Deum interfecimus, ad frugem et pœnitentiam redire; nisi coactis omnibus gregibus, gentium scilicet, amoveatur saxum ab ore putei, sacræ Scripturæ tanquam tegumentum a lege amolitur sit; et ita adaquemus greges. Nam, auctore Isala: « Cum plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israel salvabitur ⁸¹. »

Adhuc eo cum illis colloquente, id est, Judæorum Synagogam commodum castigante: « Et ecce Rachel veniebat cum ovibus patris sui ⁸²; » scilicet gentium Ecclesia. Hic conspicuus Jacob, Christus, gentium Ecclesiam, Laban suæ matris germani filiam, id est, ex Synagogæ germano ascitam. Nam in novam Ecclesiam cooptantur partim ex genere Esau, alii ex Ismael, partim nati ex Nachor, partim ex Lot, itemque ex filiis Ceturæ; qui Synagogæ germani sunt, quippe omnes Abraham stirpe editi. Et egressus Jacob, id est, Dominus noster Jesus Christus ex mortuis excitatus, avoluto saxo ab ore putei, id est, a foribus monumenti, ac quod est in lege pingue, et intricatum amolitus, suæ matris, Synagogæ, ut jam diximus, germani oves adaquavit, immortalitatis vitæque fluente; ut in Evangelio ait: « Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam ⁸³. » Atque hæc quidem meus amor Jæsus. Jacob vero Rachellem deosculatus est; itidem et novam Ecclesiam Dei Unigenitus complexus est.

⁷¹ Gen. xxxviii, 14. ⁷² ibid. ⁷³ ibid. 15. ⁷⁴ Gen. xlix, 10. ⁷⁵ Gen. xxviii, 16. ⁷⁶ ibid. 17. ⁷⁷ ibid. ⁷⁸ Gen. xxxix, 2. ⁷⁹ Joan. x, 14, 15. ⁸⁰ Joan. vii, 57. ⁸¹ Isa. lix, 20; Rom. xi, 25. ⁸² Gen. xx, 9. ⁸³ Joan. iv, 14.

CAPUT XXII.

Duae Jacobi uxores, quid significans.

Sed ne recensendis singulis prolixus videar, et rem ad exitum perducam: Jacob his septem annorum servitio duas conjuges duxit, priorem Liam, alteram Rachelem; quarum illa Synagogam, hæc Christi Ecclesiam representabat. Sciendum est autem, priorem studio et amore posterioris a Jacob acceptam fuisse. Nam Rachel cum formosa esset, a Jacob amabatur, ut a Christo gentium Ecclesia. Idque verum esse, ipsæ sacræ Litteræ testimonium dicunt: « Lia vero lippis erat oculis, » æque ac Synagoga impotens ad spectandum divinum splendorem: « Rachel decora facie, et venusto aspectu ⁶⁴. » Ut gentium Ecclesia, Dei agnitione et virtute locupletata. — Et rursus: « Servivit ergo Jacob pro Rachel septem annis, et videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine ⁶⁵. » Et paulo post: « Amorem sequentis priori prætulit ⁶⁶. » Ita et Christus gentium Ecclesiam plus quam Synagogam amavit. Nam et hanc sibi desponderat, sed per sequestrum Moysen, quemadmodum et Jacob Liam amore Rachelle; cum gentium Ecclesia Christus, ut Jacob cum Rachele, os junxit: quemadmodum per vatem Deus in hanc sententiam aperuit: « Et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum dicens: Cognosce Dominum; omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum ⁶⁷. » Atque hæc in præsentia de Jacob sufficiant: nam de eo et in descensu in Ægyptum, et in Pharaone adorando mentionem faciemus.

Igitur in primis observandum est, Israellem, genuentis duodecim Patriarchis, instituisse Synagogam ex Liæ natis: per concubinas vero, extraneas mulieres significasse, quas generi suo accenseri passus sit; per Rachele satos, Christi et proditoris Judæ exempla notasse; in Josepho Christi, in Benjamin Judæ proditoris.

CAPUT XXIII.

De Josepho allegoria Christo tributa.

Quare hoc quidem loco, omiſſis decem, de Josepho et Benjamin verba faciamus. Sed neque hoc prætermittendum est nobis, cur a parente aufugiens Rachel, ejus idola surripnerit ⁶⁸. Certe non ut clam haberet, sed ut aboleret. An scilicet quæ Christi Ecclesiæ exemplum contineret, paterno quoque simulacrorum cultu dimisso, simulacra exitio se daturam inuuit? Nam ut a Jacob vestigata hand tenuit Rachel; ita et altero Jacob, Salvatore meo Christo exorto, gentium Ecclesia, paternam suam impietatem ignominie et excidio dedit. Ac quemadmodum illos ex gentibus Christus non admittit cum simulacris, ita nec Synagogam cum Judaicis victimis, ac circumcissione. Atque hæc quidem sic habent.

A Cæterum Joseph apud fratres invidia laborabat ⁶⁹, ut et apud Judæos post Christus: sic enim scribit in Evangelio dilectus ille Joannes: « In propria venit, et sui eum non receperunt ⁷⁰. » Illi propter factam ei a patre versicolore tunicam, et somnia, oderant fratrem; Judæi Christum propter quamdam mentalem quasi purpuram, quæ ei cœlestis Patris benignitate jam ex virgineo ventre, tinctura velut discolori contexta fuerat, ac demum propter luculentia etiam miracula, persequantur. Illi fratri invidentes querere: « Nunquid rex noster eris? aut subjiciemur ditioni tuæ ⁷¹? » Judæi vero in porticu Salomonis circumdederunt Emmanuelem, et dicebant ei: « Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam ⁷². » Illi missum ad se ab parente fratrem conspicati, inter se jactare: « Ecce somnulator venit; venite occidamus eum, et mittamus in cisternam veterem ⁷³. » Judæi opificem suum ab inaspectabili Patre missum conuentes, dicere: « Hic est hæres, venite occidamus eum, et habebimus hæreditatem ejus ⁷⁴. » Illi apud patrem defensionem, hi apud Pilatum meditari: illi ab immani fera devoratum confirmare; hi: « Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dare Cæsari, et dicentem se Christum regem esse ⁷⁵. » Illic Ruben hortari: « Non interficiatis animam ejus, nec effundatis sanguinem, sed projicite eum in cisternam hanc ⁷⁶; » scilicet ut eum manibus eorum eriperet. Hic Pilatus, ut Christum et Judæorum manibus eriperet, negare: « Nullam causam mortis invenio in eo: corripiam ergo illum et dimittam ⁷⁷. » Illic Rubeni fratres obtemperare; hic Judæi, ut omnium cruentissimi, Pilati verba refutare. Sed illic Ruben propter orationem, fraternæ proditoris hand sane insons est; neque hic Pilatus a Dominicæ cædis crimine liber.

Verum ne dicendi brevitate minus perspicue Josephi argumentum proponam, ipsamet prophetica verba in medium producta inaudite: « Confestim igitur, ut pervenit ad fratres suos, nudaverunt eum tunica ⁷⁸. » Illi deceptam tunicam patri servant; hi detractas Christo vestes partiuntur. Et accipientes, « Miserunt in cisternam ⁷⁹; » illi arreptum in specum deturbant, hi exanimatum in monumentum deponunt. Et cisterna erat vacua, quæ non habebat aquam. Quemadmodum illic specus aquam non habebat, ita neque hic monumentum mortis vim. « Et sedentes ut comederent panem ⁸⁰; » illi, eo in specum detruso, sedent ad cibum capiendum; Judæi post Dominicam cædem Pascha faciunt. Sic enim habet Evangelista: « Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha ⁸¹. » Notate diligenter Scripturæ mentem. Sublatis oculis animadvertunt. Nam post sumpsum a Juda Dominicam panem intravit in eum

⁶⁴ Gen. xlix, 17. ⁶⁵ ibid. 20. ⁶⁶ ibid. 30. ⁶⁷ Jerem. xxxi, 34. ⁶⁸ ibid. 32. ⁶⁹ Gen. xxxvii, 4.
⁷⁰ Joan. i, 11. ⁷¹ Gen. xxxvii, 8. ⁷² Joan. x, 24. ⁷³ Gen. xxxvii, 19, 20. ⁷⁴ Matth. xxi, 38. ⁷⁵ Luc. c. xliii, 2. ⁷⁶ Gen. xxiv, 11, 22. ⁷⁷ Luc. xliii, 22. ⁷⁸ Gen. xxxvii, 23. ⁷⁹ ibid. 24. ⁸⁰ ibid. 25.
⁸¹ Joan. xviii, 23.

Satanas, ut in Evangelio Joannes docet ¹. Et ecce A
Isaëlita viatores venerunt de Galaad. Josephi
enim, ut et Christi, emptiores ex circumssione esse
oportebat.

CAPUT XXIV.

Camelus in Scriptura odium significat.

Et camelli eorum aromate, et resina, atque stacte
onusti erant. Camelos nominans, Annæ et Caiphæ
corpora, pontificali stola amicta, notat. Est autem
camelorum genus injuriarum retinotissimum. Ita-
que figura quoque odium adversus veritatem desi-
gnabat. Qui ea in Ægyptum importatum ibant, per-
inde ac illi circumcisi operam dabant, ut Deum
hominem Jesum ad inferos demitterent. « Dixit
ergo Judas fratribus suis: Quid nobis prodest, si
occiderimus fratrem nostrum, et celaverimus san-
guinem ipsius? Mellius est, ut venundetur Ismaeli-
tis, et manus nostræ non polluantur: frater enim
et caro nostra est ¹. » Oportebat tum quoque ven-
ditionem per Judam fieri, quoniam et nunc Serva-
toris venditio per Judam proditorum facta est. Sed
ille fratrem liberare volens, venditionem eis suscit
duobus enim malis comparandis, minus elegit; Isca-
riotes, qui doctoris cædem spiraret, nec perficere
posset, pontificibus eum venundat. Idque etiam Sal-
vator meus Pilato demonstrans ait: « Propterea qui
me tradidit tibi, majus peccatum habet ². » Proh
proditoris audaciam, et doctoris humanitatem!

Igitur ejus fratres extractum eductumque ex
cisterna Josephum, Ismaelitis vendunt in Ægyptum
abducendum. Illi quidem sic. Judæi Jesum Pilato
traditum, in crucemque sublatam, morti demise-
runt. Acceptis ab iis aureis viginti, illi aureos vi-
ginti; proditor argenteos triginta accepit. « Rever-
sus Ruben ad cisternam, non invenit puerum ³. »
Iloc Servatoris a mortuis resurrectionem notat.
Nam ut illic Ruben Josephum non invenit, ita nec
Petrus Christum in monumento ⁴. « Tulerunt autem
tunicam Joseph, et in sanguine hædi, quem occi-
derant, tinxerunt ⁵. » Illi accepto capro tunicam
cruore imbunt: hic caper atque tunica Verbi as-
sumptum intelligendum est: quo interficiendo,
Judæi corpus ejus cruentarunt. Jeremiæ enim ex
Christi persona hæc sunt verba: « Et ego quasi
agnus mansuetus, qui portatur ad victimam; et non
cognovi, quia cogitaverunt super me consilia ⁶. »
Videte ut ovis ubique ipsius assumpti figuram desi-
gnat ⁷. Missamque versicolore tunicam patri re-
presentant. Nam unigenæ tunicam Deus et Pater
cruentam accepit. Et ei significant: « Hanc inve-
nimus: vide utrum tunica filii tui sit, annon ⁸. »
Iidem et Judæi de Christo dicebant: « Confidit in
Deo: liberet nunc, si vult eum ⁹. »

CAPUT XXV.

Invidia, fera crudelis.

Observate figuras: « Cum cognovisset pater ait:
Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum ¹⁰. »
Etenim vere immanissima fera est invidia, ac multo
etiam plus. Nam feræ hominum tantum corpora
mandunt; hæc cum corporibus animos etiam proli-
t. Nec solum Jacobi filios, hæc invidia fratris vendi-
tores, sed Judæos quoque Dei percussores effegit.
« Sciasisque vestibus, indutus est cilicio, lugens
filium suum multo tempore ¹¹. » Et hic videre est
non medio dolore cælestem Deum et Patrem, ex
hac Christi injuria atque cade affectum. « Congre-
gatis autem cunctis liberis ejus, ut lenirent dolorem
patris ¹². » Ex omni memoria, Deo charos simul et
charas Scriptura significat. « Noluit consolationem
accipere ¹³; » tam graviter enim Judæi offenderunt,
ut deprecationem respuit, quantumvis animum in-
ducat quis precari pro iis. Id quod per vatem
Deus testatur in hæc verba: « Si steterit Moses et
Samuel coram me, non est anima mea ad populum
Istum ¹⁴, » nec exaudiam eos, exposcentes pro iis
pacem, ut ante. Ita ut quæ in medio sunt dimittam,
Josephum in Ægyptum abduxerunt ¹⁵.

CAPUT XXVI.

Joseph in Ægypto ad summos honores erectus.

Ibi, scilicet omnes legisperiti, Pharaonis magistro
equitum venisse, eumque hominem dextrum de-
prehensum, omni sua familia, cunctisque domesti-
cis a Putiphare præfectum fuisse; heram vero, ut
formosum esse conspicata fuit, eum amasse; sed
negantem secum nequitiis facere, arrepta veste,
quo proba videretur, marito prodidisse. Ita sane et
Synagoga Christum prius dilexit, inter homines
longe formosissimum ¹⁶; cum eum et pontificem ad
rationem Melchisedechi cooptavit ¹⁷, et sine matre
in cælo, sine patre in terra confirmavit ¹⁸. Sed nec
quæ Synagogæ placerent, facere volentem, et assi-
due incessentem et castigantem, ut ait Salomonis
Sapientia: « Tanquam nugaces estimati sumus ab
illo, et abstinet se a viis nostris, tanquam ab im-
munditiis ¹⁹; » tum vero vestimentis exuendum
Pilato tradidit, sacrificium se Deo facere credens.
Ilic Putiphari Ægyptia: « Adduxisti servum He-
bræum, ut illuderet mihi ²⁰. » Hic Synagoga Pilato:
« Improperat nobis peccata legis, et diffamat in nos
peccata disciplinæ nostræ ²¹. » Illic Putiphar cor-
reptum Josephum in carcerem compegit, quo in
loco vinculi regis tenebantur ²²: hic Pilatus Domini
mei captivi animam ad inferos demisit; ubi in te-
nebris jam olim sanctorum manes tenebantur. Illic
custodiæ magister Josepho carcerem in manus com-
misit, nec de iis quæ inibi fierent, post eum cognov-

¹ Joan. xiii, 27. ² Gen. xxxvii, 26, 27. ³ Joan. xix, 11. ⁴ Gen. xxxvii, 29. ⁵ Joan. xx, 6, 7.
⁶ Gen. xxxvii, 31. ⁷ Jerem. ii, 19. ⁸ Isa. liii, 7. ⁹ Gen. xxxvii, 32. ¹⁰ Matth. xxvii, 43. ¹¹ Gen.
xxxvii, 33. ¹² ibid. 34. ¹³ ibid. 35. ¹⁴ ibid. ¹⁵ Jerem. xv, 1. ¹⁶ Gen. xxxix, 7 seqq. ¹⁷ Psal. xlii,
5. ¹⁸ Psal. cix, 4. ¹⁹ Hebr. vii, 17. ²⁰ Sap. ii, 16. ²¹ Gen. xxxix, 17. ²² Sap. ii, 12. ²³ Gen.
xliii, 20, 22.

arebat; hic meus Salvator atque Deus, abruptis inferorum vinculis, calcatoque custode diabolo, sanctorum animas liberavit.

« Illis ita gestis, accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, et pistor, domino suo ²⁶, id est, exterarum gentium et Judæorum populus. Nam prior erat gentium, qui, ut idololatra factus, a Deo defecit, tunc Judaicum populum per Abraham sacrificium instituit. « Videruntque ambo somnium nocte una ²⁷, id est, Dei mortem recogitarunt. Sed illic a Josepho dissolutio est, hic a Deo. Quare merito Josephus: « Nunquid non Dei est interpretatio ²⁸? Verum præstat ea somnia, quæ quidem exempla habent rerum futurarum, verbo tenus recensere. Tum Josepho « somnium suum narravit prior præpositus pincernarum, » scilicet gentium figuram ferens: « Videbam coram me vitem ²⁹. » Vitam hic intellige dulcem Jesum; sic enim ait in Evangelio: « Ego sum vitis, et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollit eum: et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat ³⁰. » Contra me, id est, contraria, et in Christum impie affectæ erant gentes. « Et in vite erant tres propaginee ³¹, » eaque germinans; nam post triduum Christi resurrectio emicuit. Florem eliciebat, apostolos et martyres, unde uvæ rami mæturescebant, martyrum sanguine rubebant. « Calicemque Pharaonis in manu mea: tuli ergo uvæ, et expressi in calicem quam tenebam, et tradidi poculum Pharaoni ³². Hoc incrementum novæ Ecclesiæ sacrificium notat. « Respondit Joseph: Hæc est interpretatio somni: Tres propaginee, tres adhuc dies sunt: post quos recordabitur Pharaon ministerii tui, et restituet te in gradum pristinum: dabisque ei calicem juxta officium tuum, sicut ante facere consueveras ³³. » Ac Josephi quidem ad pincernam hæc sunt verba. Meus autem Servator atque Deus gentibus recepit, sese hinc ad triduum a resurrectione discipulis suis et apostolis mandaturum, qui acceptas tingant in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti: sequæ daturum regnum atque sacerdotium Hæden, cujus œconomix mysterium obituræ essent in pane et vino, quod Melchisedech, qui e gentibus esset, per figuram Abrahamo repræsentavit; eaque ideo se facturum populo ex gentibus converso spondit, quod is Christum sentibus adnumeratum conspicatus, Deum tamen confessus fuisset. « Tantum mevento mei, cum tibi bene fuerit. » Hoc a me accepto beneficio, sepulturæ atque resurrectionis memoriam indelebilem habeto. « Et facias mecum

A misericordiam; » mea ope in fratres benignitate utitor, ille est, sanationum prodigia patrato. « Ut suggeras Pharaoni ³⁴. » Notate diligenter Scripturæ mentem. Illa (17) ad dignitatem; hæc ad martyrii tolerantiam pertinent. Nam quod ait, ejusmodi est. Deductus ad principes et reges, meorum dictorum recordator: « Ponite in cordibus vestris non præmeditari, quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere, et contradicere omnes adversarii vestri ³⁵. » Hactenus Servator. « Ut educat me de isto carcere ³⁶. »

CAPUT XXVII.

Calumniæ vis quanta.

B Illic Josephus a prægestatorum magistro contendit, ut se ex carcere educat: hic clemens Jesus a populo e gentibus asserto, ut se a Judæorum calumniis vindicet: vere enim grande sceleris præsidium (18) calumpnia. Nam si vel ad Christum meum grassari est ausa, quis vero eam facile contemnat? Atque id verum esse, sequentia audite: « Quia furto sublatas sum de terra Hebræorum ³⁷. » Hoc est, Pilato a Judæis calumpnia profusus. Ea quæ ait, explicat evangelista: « Hic dixit: Possum destruere templum Dei, et post triduum reedificare illud ³⁸. » Itaque calumpniæ impudentiam videntes, eorum sceleris excellentiam miramini. Neque hic quidquam feci, mali scilicet, quamobrem me in hanc specum detruderent: illic Josephum in specum; C hic Jesum in monumentum.

Sed jam tempus est, et pistorum magistri somnium, qui Judæorum populi exemplum habetur, recensere. Igitur pistorum magister: « Et ego vidi somnium: Quod tria canistra farinae. » Tria canistra, tres quali sunt, quæ tria gravia Israelitarum flagitia censentur; idolorum cultus, vatum cædes, et Christi occisio. « Habere super caput meum, » id est, gererem eorum facinora. « Et in uno canistro, quod erat excelsius, » scilicet supremo flagitio, et portare me omnes cibos, qui sunt arte pistoria. » Hæc cœtum in eos ex varii generis hominibus cogendum (19), ceu ad opus regalis potentix, designant. « Avesque comedere ex eo ³⁹. » Excisa enim est propter crimen interfecti Christi et Judæorum graves offensas Hierosolyma. « Respondit Joseph: Hæc est interpretatio somni. » En somnium, ejusque interpretationem: « Tria canistra tres adhuc dies sunt. » Abhinc tres dies, scilicet a Jesu resurrectione; « post quos auferet Pharaon caput tuum. » Illic Pharaon pistorum magistrum; hic capite Judæos truncat Christus, qui princeps atque rector est;

²⁶ Gen. xl, 1. ²⁷ Gen. xl, 5. ²⁸ ibid. 8. ²⁹ ibid. 9, 10. ³⁰ Joan. xv, 1, 2. ³¹ Gen. xl, 10, ³² ibid. ³³ ibid. 11, 12. ³⁴ ibid. 14. ³⁵ Luc. xxi, xxvi, 61. ³⁶ Gen. xl, 16, 17. ³⁷ Gen. xl, 14, 15. ³⁸ Gen. xl, 14. ³⁹ Gen. xl, 15. ⁴⁰ Math.

(17) Petebat enim Josephus, ut se apud Pharaonem in gratia poneret, a quo deinde ad dignitatem eveheretur.

(18) Οὐχόρωμα, quod nomen usurpatur et pro car-

cere, in quem conjectus est Josephus, unde hæc allusio petita.

(19) Manum et exercitum a Vespasiano Hierosolymis admoveendum.

« ac suspendet te in cruce, » prohi stirpitus delebit, A
 « et lacerabunt volucres carnes tuas ⁴⁰. » In Israelita-
 rum captivitate, ut ante diximus. Eaque vera
 esse, audite Christum inter ipsos cruciatus mulieribus
 Hierosolymitanis loquentem : « Filiae Jerusa-
 lem, nolite flere super me; sed super vos ipsas
 flete, et super filios vestros : quoniam ecce venient
 dies, in quibus dicent : Beatæ steriles, et ventres,
 qui non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt :
 quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid
 fiet ⁴¹? » Si insontem me, inquit, Romani neci de-
 derunt, quid non facient per omne genus flagitii
 volutatis? « Exinde dies tertius natalitius Pharaonis
 erat : qui faciens grande convivium pueris suis,
 recordatus est inter epulas magistri pincernarum,
 et pistorum principis. Restituitque alterum in locum
 suum, ut porrigeret ei poculum : alterum suspendit
 in patibulo ⁴². » Atque hæc quidem rex Pharaon
 tali sibi die inter suos designavit. At Rex regum ex
 mortuis redux, inter sanctos una suscitatus, præ-
 gustorum magistri, id est, novi populi, mentionem
 fecit ; scilicet ex quali impietatis præcipitio ad quale
 Dei notitiæ fastigium pervasisset ; rursunque Ju-
 daici, ex quali adoptionis fastigio in quale se
 Christi cædis barathrum deturbasset. Quibus rebus
 et novum populum, ut jam dixi, ornavit atque ser-
 vavit, et Judæicum ignominia et excidio dari per-
 misit. Sin dicat quispiam, utrumque simul et pariter
 non contigisse : esto ; at ex eo die utrumque scitum
 sanctumque est.

CAPUT XXVIII.

Mosis historia mystice explicata.

Sed hæc de Josepho sufficiant, et jam porro pro-
 phetarum centrum, deiscium, atque a Deo scitum
 et cognitum Mosen aggrediamur. Quanquam illud
 quoque ignorandum non est, Josephi in Ægyptum
 adventum secundam præsentiam notare. Nam ut
 ille fratribus se prodidit, ita et Judæi tandem ali-
 quando Christum agnoscent ; ut fert hoc Zachariæ
 prophætæ effatum : « Et aspicient ad me, quem
 confixerunt ⁴³. » Et quemadmodum illos pœnitentia
 ductos, ex Chanaanæ ad se adventantes, Josephus
 cum omni familia aluit ; sic quotquot toto hoc orbe
 Judaici nominis sunt, si pœnitentes Christum vere
 Dei Filium confiteantur, eos cœlesti et immor-
 tali pane alet, ut in Evangelio testatur : « Ego sum
 panis vivus, qui de cœlo descendi. Qui manducat
 meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet
 vitam æternam, » et in judicium non veniet (20),
 sed « ego resuscitabo eum in novissimo die ⁴⁴. »
 Suscitationem hic non illam mortuorum, qua omnes
 suscitandi sunt, sed decessoris Adami, significans.
 Sed tempus jam est, captis Mosaicæ interpreta-

tionis frenis, atque ad ejus metam sacrarum Lite-
 rarum tanquam curriculo reducto, pro virili auri-
 gari. Igitur circum Mosen ac Ægyptum, et Pharaonem,
 ejusque duces currum ducturi, age in primis
 ejusque significationem edamus. Enimvero sic
 habendum est, Mosen mei Christi ac Servatoris Dei
 figuram exemplumque ferre, Ægyptum Orci, Pharaonem
 diaboli, qui mente informatus quasi quidam
 Pharaon est, non equidem secundum regiam digni-
 tatem, sed elationis frustrationem, duces ejus
 angelos et operas. Jam figuras videte. Nam ut
 Moses a Pharaone profugit ⁴⁵, sic Christus ex
 Ægypto in Judæam concessit, Osee vatis dicto
 comprobando : « Ex Ægypto vocavi filium meum ⁴⁶. »
 Ille ad Madianitas ingressus, secundum puteum
 consedit ⁴⁷ : Jesus ex itinere fatigatus secundum
 fontem ⁴⁸. Illic pontifex Madianita septem filias
 habebat, quæ ejus oves pascerent ⁴⁹ ; hic septenis
 Spiritus donis, Deo et Patri gentium Ecclesia, ex
 varii generis atque linguæ mortalibus coacta, pascitur,
 demissa hæreditaria impietate. Illic Raguelis
 filia in Mosen incidunt ; hic in Christum ex genti-
 bus nata, quarum prima adfuit e Samaria. Illic
 venientes pastores eas pellebant ; hic Synagoge
 pontifices, et pastores exteras persequantur. Illic
 surgens Moses, profligatis pastoribus, et aquam eis
 hausit, et pecus adequavit ⁵⁰. Hic Christus ex mor-
 tuis resurgens, scelestos et falsos pastores fugavit,
 sibi que fidem habentes, aqua viva, id est, divino
 ano cœlestique præconio rigavit ; addens : « Si quis
 sitit, veniat ad me, et bibat ⁵¹. » Illæ Raguelis filia
 ad patrem suum regressæ, Mosis studium commen-
 dant ⁵² ; Samaritana ad Natalem reversa, mei
 Servatoris amplitudinem prædicat. Raguel quaerit
 ex filiabus, ubi sit ? accerseret hominem, quo cibum
 caperet. Hic cœlestis panis : « Ego cibum, inquit,
 habeo, manducare, quem vos nescitis ⁵³. Mosis
 ibi apud hominem degit, èique ille Sephoram filiam
 elocat ⁵⁴ : mens Servator in Samaria considens,
 et eam collustrans, bellam gentium Ecclesiam de-
 sponsat : nam Sephora Judæis bellam, seu col-
 lustrationem notat. Jam vero duos Mosis filios ob-
 servate, qui ad duo fœdera trahuntur, quorum lex
 Gersami nomine censeatur, qui quidem peregrinus
 fuerat ; nondum enim in promissam terram Israelitæ
 invaserant ; Gersam autem Judæis idem est, quod
 peregrinus. Porro Eliezer novi fœderis Christi Do-
 mini figura est ; quippe hoc fœdere ineundo Deus
 terris opitulatus, eas a fraude (21) vindicavit. Nam
 Eliezer Judæis perinde est ac si dicas *pitulator*.

Sed præstat Exodi quoque vaticinium verbo tenuis
 recensere. « Post multum vero temporis. » Quod
 temporis longi spatium propheta significat ? Delicti

⁴⁰ Exod. ii, 15. ⁴¹ Luc. xiii, 28, 29. ⁴² Gen. i, 20. ⁴³ Zach. xii, 10. ⁴⁴ Joan. vi, 51, 54.
⁴⁵ Gen. xl, 18. ⁴⁶ Osee xi, 1. ⁴⁷ Exod. ii, 15. ⁴⁸ Joan. iv, 6. ⁴⁹ Exod. i, 11, 16. 18. ⁵⁰ ibid. 19
 seqq. ⁵¹ Joan. vii, 37. ⁵² Exod. ii, 19. ⁵³ Joan. iv, 32. ⁵⁴ Exod. ii, 21.

(20) Hæc non sunt in Vulgata.

(21) Scilicet diaboli, quomodo etiam suspicor legendum.

mortalis. « Ingemiscentes filii Israel, » id est, sanctorum manes, apud inferos captivi, « propter opera vociferati sunt; ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus ⁶⁰. » Alio dicente: « Educ de custodia animam meam ⁶¹; » alio: « Deus, ostende faciem tuam, et salvi erimus ⁶²; » alio: « De profundis clamavi ad te, Domine, Domine, exaudi vocem meam ⁶³; » alio: « Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ ⁶⁴. » Horum omnium querimoniarum ad Deum pervenerunt. « Ac recordatus est fœderis, quod pepigit cum Abraham, Isaac, et Jacob ⁶⁵. » Illic cum Abrahamo, hic cum primigenio Adamo. « Et respexit Dominus filios Israel, et cognovit eos ⁶⁶; » id est, nostra tanquam miscella induenda homo factus est, simile simili expurgaturus. « Moses autem pascebat oves Jethro soceri sui sacerdotis Madian; » illic Moses brutas soceri sui sacerdotis, hic Christus, aliter Moses, rationales æterni Patris oves pascebat. « Cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb ⁶⁷; » nam rationalis pecoris pastor ac Deus, ex impietatis solitudine oves abductas, ad montem, qui est Dei notitia, et ad cœlestem ac perpetuam Hierosolymam compulit. « Apparuitque ei angelus Domini in flamma ignis de medio rubi: et videbat quod rubus arderet, et non combureretur ⁶⁸; hoc indivisam atque impermutatam Verbi divini cum humana natura unionem ex charitate susceptam designat. Nam velut rubum ignis amplexus est; ita et Deus Verbum subjectus sub peccatum Adam delecto naturæ societatem inuit, expers peccati, quo nos quoque peccato invictos compararet alter Adamus, et recreationis nostræ princeps, a que ac prior creationis. « Dixit ergo Moses: Vadam et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus ⁶⁹. » Recte obstupuit Moses, qui id tantum ostentum esse figuram eventuri arcani prospiceret, liquido demonstrans, divinam Verbi naturam cum humanitatis modo, si quidem vellet, copulandam: nam ei quidem cuncta faciendi est potentia,

« Cornens autem Dominus, quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, et ait. » Illic Dominus angeli specie visus Mosen inelamavit; hic Gabriele Virginem allocuto, in eam Deus immigravit. « Moses, Moses ⁷⁰; » nomen ingeminat, ut attentius, quæ dicerentur, audiret. Quid est? inquit ille. « Ne appropies, inquit Dominus, huc: solva calcamentum de pedibus tuis. » Nemo impuris pedibus ad decurrendum pacis Evangelium contendat, aut calcels indutus, exsanguibus, inquam, pellibus; per quas conciliatæ, atque vitiosæ, et foedæ, mortis auctores, cogitationes notantur, Virginis arcanum investiget. « Locus enim in quo stas, terra sancta est ⁷¹. » Nam præsacratum meum regium palatium

A apparavi. « Et ait: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob. » Quod dicit ejusmodi est: Ego Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, olim in Virginis utero, benignitate æterni mei Patris, et ter sancti Spiritus ope degam. « Abscondit Moses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum ⁷². » Divini Verbi ad homines degressum et incarnationem stupebat, et admirabatur. « Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, et clamorem ejus audivi propter duritiam eorum qui præsumunt operibus ⁷³. » Vidi, inquit, vexatos apud inferos sanctorum manes, ab infestis, nec quidquam ad mala opera urgentibus improbis dæmonibus (quos et operis exactores eo nomine appellat); etenim rævera, cum a Deo per ignorantiam abimus, tunc in peccati luto versamur, exactoribusque obnoxii sumus. At Dei notitiam libertatis gratia consequitur. « Et descendi ut liberem eum de manibus Ægyptiorum. » Conscius vani hominum studii erga immolata idolis, descendi a Patre nequaquam separatus, ad eripiendum dæmonibus orbem terrarum. « Et educam de terra illa; » contumaciæ et mortalitatis, « in terram bonam, » scilicet immortalitatis, et Dei notitiæ, « quæ fluit lacte et melle ⁷⁴. » Ex ea terra lac et mel: ex Dominico corpore aqua et sanguis scaturiunt. Id enim et ignis cum rubo copula designat; per ardorem patibile et mortale corpus, per incolumitatem ex ardore, Deitatem, quæ invicta, iis haud longum vincenda esset.

C « Clamor ergo filiorum Israel venit ad me ⁷⁵. » Illic accepta Israelitarum imploratione, hic omnium ex Adamo natorum, perspectaque violentia, qua ab Ægyptiis urgentur; non solum post, sed etiam ante implorationem (animos enim scrutor) dæmonum violentiam novi. « Sed veni, et mittam te ad Pharaonem. » Hoc Patris benignitatem monstrat. « Ut educas populum meum, filios Israel ⁷⁶. » Illic Israelitas; hic omnem hominum cœptum ex Orci vinculis. Nam Orcus insonte ac vivifico corpore gustato, etiam quos juste captivos habebat, dimisit. « Dixitque Moses ad Deum: Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem, et educam filios Israel de Ægypto ⁷⁷? » Hoc velut ex persona corporis ad divinitatem cum eo copulatam propheta dixit. D ille: « At tecum ego descendam, rursumque ascendam ⁷⁸. » Hoc vicissim dictum a Deo ad corpus cum divinitate copulatum accipite. Nam et ad inferos Deus cum anima descendit, et quod Deus assumpserat, cum eo non solum ex Orco in terram, sed ex terra quoque in cœlum, omnibus cœlestibus copiis stipatum ascendit. Ac ne disputationis suavitate verborum assiduitate ingrati comparemus, age, historiam omnem Mosis compendio, et tanquam digito notemus.

Igitur Moses in Ægyptum degressus est; dulcis

⁶⁰ Exod. II, 23. ⁶¹ Psal. cxli, 8. ⁶² Psal. lxxix, 4. ⁶³ Psal. viii, 20. ⁶⁴ Psal. cxv, 1. ⁶⁵ Exod. II, 24. ⁶⁶ ibid. ⁶⁷ Exod. III, 1. ⁶⁸ ibid. 2. ⁶⁹ ibid. 3. ⁷⁰ ibid. 4. ⁷¹ ibid. 5. ⁷² ibid. 6. ⁷³ ibid. 7. ⁷⁴ ibid. 8. ⁷⁵ ibid. 9. ⁷⁶ ibid. 10. ⁷⁷ ibid. 11. ⁷⁸ ibid. 12.

Jesus ad inferos. Ille in Pharaonem insurrexit; A
divinam Servatoris mei corpus inferos diripuit.
Cæterum quod Moses cum Aaron suo fratre ad
Pharaonem abiit, hæreticorum impietatem evertit,
affirmantium (22), in Christi mei corpore, animæ
vicem sufficere divinitatem; atque ita male docen-
tium, non fuisse perfectum hominem. Nam ut illic
per Mosen et Aaronem cum Pharaone locutus est
Deus; ita et Servator meus atque Deus, anima in-
telligente, velut sequestra, inter deitatem et cor-
poris crassitiam interposita, Dei et hominum se-
quester factus est. Illic Moses et Aaron Pharaoni
sese a Domino Hebræorum Deo missos dicentes,
illud ab eo audiunt: « Quis est Dominus, ut audiam
vores ejus? » Idem et in Orco, cœlestibus copiis
clamantibus: « Attollite portas, principes, vestras,
et elevavini, portæ æternales, et introibit Rex glo-
riæ; » intelligibilis Pharao respondet: « Quis est
iste rex gloriæ? » Atque hic (in Christo et diabolo)
quiddam amplius, quam in Mose atque Pharaone
cogitandum est. Illic enim Moses semel patris
decem miraculis, semel sensibilem Pharaonem
aquis obruit; at meus Servator atque Deus non
ipse solum de intelligibili Pharaone triumphum
egit; sed etiam in se creditibus contra eum quo-
tidie vires largitur, id quod notandum diligenter
est. Nam ut illic Mose et Aaron Pharaoni instan-
tibus, dimitteret populum tridui iter, colendo ab
iis Domino, eorum Deo; Ille neque eos dimisit, et
paleas quoque subtraxit¹⁶. Sic cum homo, qui est C
constitutum quoddam ex animo et corpore tempe-
rumentum, intelligibili Pharaoni instabat, sineret
se concordi studio citra offensam et putidas cogita-
tiones SS. Deitatem venerari; scelestissimus ille
adeo non est passus hominem ad perfectionem
evadere, ut vel exigua etiam virtute affectum, tan-
quam palea, despoliaret. Itaque Christi studioso
cuicque a Deo data est vis decem clades inferendi
huic Pharaoni intelligibili.

Quas observate porro, et utrinque numerum
habe. Quemadmodum illic obfirmato Pharaone Mo-
ses aquam in sanguinem conversam¹⁷, Ægyptiis
minime utilem reddidit; ita hic Christi mandatorum
studiosus aqua divinæ piscinæ totus lustratus,
inferni, et intelligibilis Pharaonis duces atque D
stipitatores impotentes reddit, ne voluptatis vitia ex
lunato corpori sanguine ad se derivent. Cumque
illic sensibilis in impietate, hic intelligibilis Pharao
in malitia persisteret, uti tum per Mosen, Ægypti
solum ranas protulit¹⁸; ita nunc Christi studiosus
concitatas et noxias cogitationes ex animo amolitus,
earum fœtore intelligibilem Pharaonem suffocare
videtur. Quippe in quorum hominum animis hæ

cogitationes inhærent, in iis etiam earum fœtor
permanet, auctore Davide: « Putruerunt, et cor-
ruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ
meæ¹⁹. » Sin ad divinam gratiam mens eadem
pravas cogitationes ab se repellat, ad intelligibilem
Pharaonem fœtor pestifer redundat, teste rursum
eodem Deiparente: « In matutino interficiebam
omnes peccatores terræ²⁰. » Ubi *matutinum dies*,
solis splendorem, qui mentem illustret; peccatores
autem terræ, dæmones, eorumque antesignanum
Pharaonem. Sed mendacii satore magis etiam ad
hanc cladem irritato, Christianus in eum tertium
adhibet tormentum; nam et illic a Mose vapulat
pediculis, ita hic a pio vapulat precibus scelestus
ille et execrandus Pharao, et quemadmodum illic
terra et aer pediculis referta, magnam Ægypti duci-
bus cladem attulerunt²¹; ita cum omnia piorum
hominum precibus replentur, ab his ter sceleratus
ille cum inferorum ducibus, medius cingitur et
torquetur. Siquidem cum sint hæ preces agiles,
quibusdam quasi alis omnia pererrant.

Ac ne his quidem mollito, in eum pius tanquam
cynomyiam armat Dei charitatem. Verum præstat
sensibilem prius cladem exsequi, ut ex imagine ver-
itatem explicatam statuamus²². Ut cynomyia ali-
timum minima est, sed quæ cani intolerabile pondus
afferat; nam illapsa plane inquietum animal reddit,
nec volentem currere cogit, ac serio mandanda sua
ipsius cauda se infectere, interdum vero etiam in
terram deciduum gramine assidue affricare, muscæ
cœtum ac commercium nullo modo ferentem: iti-
dem et plus adversus intelligibilem Pharaonem
charitatis arma expedit. Quod si animal reptile
muscæ commercium detrectat; quanto magis chari-
tatis vim odii architectus diabolus? Neque enim ferre
omnino potest, qui est ipsa quasi natura invida,
hominumque osor, nos inferiores supra tenere, ipse
e sublimi lapsus, et tenebræ pro luce effectus. Sed
iis malis multatus adeo pudefactus non quievit, ut
asperior etiam redditus sit. Itaque illic quadrupe-
dum strages facta²³; hic jejuniu belluina atque bruta
animi vitia prostrata. Sunt enim vitia, quæ ratione
et flant, et curentur, rursusque a ratione aliena
et incurabilia, quemadmodum Salomonis sapientia
declarat in hæc verba: « Fit enim ut deprehensus
fur furatus sit, ut esurientem impleat animam: qui
autem adulter est, propter cordis inopiam, perdet
animam suam²⁴. » Atque illic ut post cynomyiæ
cladem, quadrupedum omnium internecio est se-
cuta; ita post jejuniu hic, belluinarum atque bru-
torum vitiorum interitus; quæ quidem nullo præ-
sentiori remedio, quam jejuniu ex animo externi-
nantur.

¹⁶ Exod. v, 2. ¹⁷ Psal. xxiii, 9, 10. ¹⁸ Exod. v, 7. ¹⁹ Exod. vii, 17. ²⁰ Exod. viii, 5. ²¹ Psal. xxxvii, 6. ²² Psal. c, 8. ²³ Exod. viii, 24. ²⁴ ibid. 17. ²⁵ Exod. ix, 6. ²⁶ Prov. vi, 30-32.

(22) Vide Nazianz. ad Cledonium.

Verum neque hoc facto scelestus Pharaon respicit. Quare illic quidem pustulæ ferventes (maleficos torquebant), hic impium intestinus ignis; et flammam omnem superans zelus, in Pharaonem intelligibilem insurgit⁸⁸; secundum philosophum dicentem (23): *Itam in solum serpentem exerce. Jam vero, ut illic sensibili Pharaone, promissa quæ dedisset, fallente, grando cum igni exstitit; ita hic quoque intelligibili, qui a pio dejectus esset, furenie, divini ignis perennes in animo scintillæ, et jugis imber lacrymarum ex oculis fluens ac scaturiens exstitit. Nam quemadmodum sensibiles oculorum pupillæ caligant, summi acrimoniæ non ferentes, atque ideo lacrymantur; ita intelligibiles mentis oculi, peccati acrimonia morsi, internam sollicitudinem atque emendationem lacrymarum defluxu testantur.*

Sed iis rebus utroque obfirmato manente, opus erat porro ad frugem aliis præterea cladibus, ut, qui beneficiis affecti non se gratos præstitissent, plus castigarentur; et castigati, ex iis quæ paterentur, divinam vim agnoscerent. Igitur cum nec afflicti agnoscerent, addita locustæ calamitas est, quæ quidquid tota Ægypto viride esset, consumeret. Ac Moses quidem locustam excivit⁸⁹; at pius in eunda omni vitæ duritate omnem corporis venustatem frangit. Nam ut illic viriditas locustis pabulum est, ita hic corporis venustas brutis affectibus. Atque interim obstinato rursus Pharaone, in Ægyptum aliis quoque cladibus sævitum est, subductaque luce tenebræ tractabiles inductæ⁹⁰. At hic pius, qui exteriores tenebras reformidat, scelerumque lippitudinem ex animo, Dei notitiæ aqua diluit; principis sempiternæque lucis radios puros accipit. Sed ad utrumque, cum tergiversarentur, cladibus terrendum, illa tandem ordine quidem extrema, sed quæ dolore ac vehementia facile prima esset, id est, primogenitorum mors succedit⁹¹. Atque ut illic plaga hæc postrema Pharaonem populo missionem facere coegit, ad colendum Deum procul, ac seorsim a *deagrorum* sacris, et cadaveribus; ita hic quoque postrema intelligibilem Pharaonem compulit, ex templo pium sinere SS. Trinitatem venerari, longe a concitatis uoxiis cogitationibus remotum. Et quemadmodum illum ad omnes clades obstinatum, primogenitorum interitus emolliit et inflexit; ita hunc frangit ac debilitat animi submissio; omne ejus primogenio vitio, id est, arrogantia atque fastu extincto. Cæterum mutata sententia, cum dimissum a se populum persequeretur, Deus, Mose sequestro, noctu igne, interdium nube Israelitas deduxit⁹². Ad eundem modum, scelesto dæmone, profugum a se pium, nequidquam subdole rursus insequente, Servator noster atque Deus per divinitatem suam atque

A corpus omnem terrarum orbem ab ignorantia tenebris ad Dei notitiæ lumen erudit. Atque illic populus trajecto mari Rubro, Ægypto, ejusque principi Pharaoni elapsus, fastum agitans, promissam porro terram pro viris invadere satagit; hic mundus per Dominicum sanguinem et aquam duro ac sequace peccato, et Pharaone, acerbis atque invisibili tyranno, cum acerbis exactoribus, liberatus, itinere tanquam postliminio ad cælestem mundum adornando, Domino Deo nostro (24) liberalia agit, non tamen improbitatis malitiæque fermento, sed sinceritatis ac puritate, quasi quibusdam panibus infermentatis, nihil Ægyptiæ atque impiæ massæ exportans. Tum Pharaon insequi ausus, cum omni exercitu delatus est: itidem et intelligibili Pharaone in Servatorem meum insurgere auso, intelligibilium draconum capita per sacram tinctionem contracta sunt⁹³. Id enim et magnus ille Paulus in hanc sententiam prædicat: « Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Mose baptizati sunt in nube et in mari⁹⁴. » Nam ut Moses populum in promissam terram inducere est prohibitus, propter leve quoddam murmur (num, putatis, inquit, « de petra hac vobis aquam poterimus elicere⁹⁵? »), sed eam per vicarios explorare et cognoscere voluit⁹⁶; sic Adamus Dei præcepto non subnixus, amplectendo serpentis consilio, immortalē vitam perdidit. Igitur illic Jesus, Nave filius, Israelitas in terram promissam induxit salvos; hic æterni et exortis principii Patris Filius, meus amor Jesus, assumpto Adami temperamento, sibi credentes in cælestem ac perennem Hierosolymam perduxit. Vidistis olim figuras, nunc rem veram cernite.

CAPUT XXIX.

Cur Dei Filius homo factus sit.

JUD. Belle et consentaneæ Dei vatis oracula sublimi sensu aperuisti, vereque antiquas futurorum umbras et figuras docuisti. Sed quæ est autem necessitas, quæve gratia Dei Filium hominem factum dicitis?

CHRIST. Quod si omnino, quamobrem Deus cælestes copias, et Adamum creaverit, vos exponetis facile et Unigeniti incarnationem explore cognoveritis.

JUD. Per bonitatem, et solam, universi creationem Deum fecisse, ex sapientibus nostris didicimus; nam in Davidis Psalmis hæc sunt verba: « Secundum misericordiam tuam memento mei tu⁹⁷. » Et rursus: « Dulcis et rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via⁹⁸. »

CHRIST. Quod si ex bonitate, ut certe ex bonitate, Deus hominem fabricatus est; quanto magis sartam tectam tueri fabricam decebat, nec committere ut

⁸⁸ Exod. ix, 10. ⁸⁹ Exod. x, 4-13. ⁹⁰ ibid. 22. ⁹¹ Exod. xii, 5. ⁹² Exod. xiii, 22; xiv, 8. ⁹³ Exod. xiv, 27-31. ⁹⁴ I Cor. x, 1. ⁹⁵ Num. xx, 12. ⁹⁶ ibid. 10. ⁹⁷ Psal. xxiv, 7. ⁹⁸ ibid. 8.

(23) Citat et hoc philosophi nescio cujus, etiam Gregorius Theologus orat. *In novam Dominicam.*

(24) Nazianz. orat. *In tarditatem.*

corruptela obrueretur? De eoque etiam Salvator de A
 ovibus ad vos disserens, ait: « Pater meus, quod
 dedit mihi, majus omnibus est, et nemo potest rapere de manu Patris mei²⁵. » Tuori enim fabricam
 longe majus est atque illustrius, quam fabricari.
 Nec sane perinde est Deum hominem fabricari, ac
 hominem denique Deum fieri. Idque sic habere de
 principibus nostris intelleximus; dicit enim quidam
 primatum nostrorum Deum tunc præstantius con-
 tulisse (25), nunc deterius asciscere, hoc priori
 divinius, et, si recte judicetur, sublimius esse. Nam
 postquam terrestris diaboli invidia, et uxoris fraude
 coelestem se vocari non observans, pro vita mortem,
 non sibi modo, sed toti adeo generi conscivit; oportebat
 porro coelestem et immortalem Deum, Gabrie-
 lis opera ex incontaminata et impolluta femina naci;
 quemadmodum de viro sine muliere effecta
 mulier est, sic e muliere sine viro Deum hominem
 virum prodire, ut peccati repertor insuperabilem se
 arbitratus, nobis spe Numinis inescatis, assumpto
 vicissim corpore inescaretur, quo Deum, ceu Ada-
 num, adortus, occumberet (26). Itaque exinanitum
 Nomen cum assumpto corpore copulatum est, et
 insolito temperamento Deus et homo ex utroque
 unum, et per unum utrumque factus, Deo cum cor-
 pore permixto atque devincto, ut quæ dissiderent,
 coactam tanquam medii commercio in unum com-
 poneret.

CAPUT XXX.

Cur Christus homo simul et Deus.

Igitur unus ex utroque pro uno decessore, seu,
 ut verius dicam, pro omnibus factus, in terram ve-
 nit, animo præditus propter animum præcepti con-
 temptorem, corpus gestans propter corpus delicti
 administrum, simulque damnatum, peccato altior
 ac sublimior; luteus, propter Adamum sub pecca-
 tum subjectum, veterem cum novo, id est, humanitate
 cum divinitate conferenda, et qui passus esset, eo
 per passionem revocando, ac pro nostrorum uno-
 quoque singulis vicissim ejus, qui pro nobis obje-
 ceretur, præstandis, atque hac benigna lapsi propter
 contumaciam procurations, novo quodam arcano
 exhibendo. Hinc ortus atque Virgo, hinc præsepe et
 Bethleem, ortus pro creatione, seu potius recrea-
 tione, Virgo pro muliere, salve pro dolore, Beth-
 leem pro Edem, præsepe pro pomario, Gabriel pro
 serpente, arbor pro arbore, in crucem extensæ
 manus pro male exporrecta manu, fel pro dulci sa-
 pore, corona pro dejectione, lateris lancea pro ense
 paradisi, unguenta pro lacrymis, sindoq̄ pro scilicet
 foliis, nuditas pro scorteis vestibus, clavi pro-
 pter ruinam et lamenta, erectio pro lapsu, arundo

ad frangendam maligni potentiam, mors pro morte,
 tenebræ pro luce, sepultura pro in terram reditio-
 ne, ac demum resurrectio pro lapsi resurrectione. At-
 que hæc omnia Deus nobis curandis, ad nostræque
 imbecillitatis medelam comparavit, quo veterem
 Adamum, unde exciderat, reduceret, ac vitali arbore
 admoveret (27), quem nōstitiæ arbor inepte, nec suo
 tempore percepta, paradiso exegerat.

JUD. Quod si ad diabolum suum dejiciendum Deus
 homo factus est, næ id potius in fraudem Numinis
 sit. Nam si homo factus malignum dæmonem vicit,
 multo magis ut Deus et vincere poterat et exitio
 dare: nemo est enim Deo fortior. Itaque clamat
 Isaias: « Deus fortis (præpotens), Pater futuri sæ-
 culi, Princeps futuri sæculi²⁸. »

CHRIST. Recte Isaias verba in medium protulisti.
 Sed non tam Dei potentia gloriosum est, adversa-
 rium vicisse, nec dæmoni pudendum, a Deo victum
 esse, quam insigne Dei potentia, et maligno sum-
 mum dedecus est, per carnem victum esse, ac lu-
 teum, coelestem factum; et quem divinitatis spe
 supplantaverat, eo per humanitatem deificato vi-
 cissim cernendo supplantari. Nam ut sanguinari et
 improbi homines mundanum hoc regnum perfide
 refugientes, atque in montibus et rupibus inedia
 tolerantes, haud sane regem latuerunt; quin ille
 misso, quem habebat unigenitum, cum jurejurando,
 et liberalibus promissis, ad frugem redituros revo-
 cat (28); quibus non solum verba regis filii non re-
 veritis, sed eum quoque cruentis manibus trucidare
 aggressis, rex factus certior, et ira incensus, eos
 excusationem nullam habere cogitans, missis suis
 copiis delevit. Itidem sane et Deus et Pater Serva-
 toris mei Christi, volens Judæis vaticidium omne
 ac delictum elementer condonare, unigenam suum
 Filium, sui atque illorum sequestrum demisit. Quo
 beneficentia suæ studio non solum repudiato, sed
 illo quoque impie in crucem acto, missis coelestibus
 copiis, velut omni defensione carentes, æterno
 igne, diabolo, ejusque angelis parato, severe dam-
 navit.

Quare vos accipite, obsecro, frugi consilium:
 nam respicere potestis adhuc superstites, atque
 in mundo degentes, fugite erroris tenebras, et ad
 veritatis lucem convenite, operamque date, ut a
 deteriori statu ac læva hædorum manu ad Ser-
 vatoris mei dextram cum ovibus astituri trans-
 eatis.

JUD. Enimvero et nos prophetam magnum, effica-
 ciam, a Deo unctum expectare, id verum est; Dei
 Filium nec cœlitus degressum, a prophetis au-
 diimus, nec in cœlum rursus ascendisse.

²⁵ Joan. x, 29. ²⁶ Isa. ix, 6.

(25) Nazianz. *In Natalem*, p. 231, 20, et *S. Pascha*, p. 254, 35.

(26) Nazianz. *imitatur Apologet.* 18, 14, et aliquot

PATROL. GR. CXXXIII.

sequentibus.

(27) Nazianz. *in Epiphaniam*.

(28) Alludit ad parabolam Matth. xxi, 35.

CHRIST. Itaque porro, ut videtur, prophetas dicitis, non de Deo prophetas edidisse, sed de hominibus vero?

JUD. Ita est.

CHRIST. O stultitatem! Et quis vero ex omni memoria, regum servis conservos præmittit, ac non potius filii adventus prævios, et præcones? Sed tamen prophetas nunc quoque evolvamur, atque iterum vos veritas docebit.

CAPUT XXXI.

Cur Christus ex Virgine nasci voluerit.

JUD. Quandoquidem nobis ortum sine tempore, seu verius supra tempus, erudite comprobasti; age, amabimus te, et Dei cælitus ad Virginem descensum explana, et qui prophetæ de eo apertissime disserant.

CHRIST. Audite Jeremiam, dicentem: « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. Hic adluvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est⁹⁷. » — « Hic Deus noster. » Quis? qui ab omni æternitate est et in omnem æternitatem perdurat. « Et non æstimabitur alius adversus eum. » Quis alius non æstimabitur? qui scilicet ab Hebræis pro Dei Filio expectatur. « Hic adinvenit omnem viam disciplinæ. » Non profecto fullonicam ac fabrilem artem, aut quæ reliquæ sunt ejus generis fuitiles; sed rerum notitiam, e terra in cælum iter et ascensum, supracælestem pulchritudinem, ac Dei comprehensionem, denique et illustrationem, in quantum se quisque ad id comparasset, seu potius Opifex largitus esset. Igitur hic ille Opifex est, qui hæc « tradidit Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. » Macte verbis et prophetia esto, Jeremia. Non enim ait, Postremis temporibus comparebit in terris, et apud homines versabitur, sed qui futura explorata in se contineret, futura tanquam præsentia præsigivit. Et Sapientiæ hæc est: « Cum meum Filium non audierint, ego quoque eos non exaudiam, inquit Dominus omnipotens. »

JUD. Insolens nobis non videtur, unctum a prophetis, Puerum et Filium Dei vocari. Nam et de vobis Isaias effatur (29): « Ephraim primogenitus meus est. »

CHRIST. Dixin' vobis, legis tegumentum non e litteris; sed vestigatorum et quæditorum intelligentia censeri? Ut enim tum non omnes sane vultus Mosis splendorem irretortæ intuebantur, sed soli divinitus electi; ita hic quoque mentis oculis capti, ad sacræ Scripturæ lucem excutiunt, ut et vos in præsentia. Neque enim Salomonis vaticinium mentis vestræ oculorum lippitudinem ad cernendam veritatem

A abstersit, manifeste unigenitum Dei Filium incommutatum hominem denique factum demonstrans; sed quod Sapientia Salomonis declarat, dicens: « Cum meum filium non audierint, vos Dei Filii honorem intrepide ad vos trahere conamini. » Quanquam non ut Sapientia filium appellat Dei Filium, itidem et vos Isaias (30) appellat natos, cum ait: « Primogenitus meus Israelita; » sed illum naturalem, vos adoptivos. Nam vos primigenius sumus secundi Israelis (Christi).

CAPUT XXXII.

Genus duplex, gentilis et Hebræa.

In quam sententiam est notum illud Dei ad Rebeccam effatum: « Duæ gentes sunt in utero tuo; et major serviet minori⁹⁸. » Et de Phare auque B Zara obstetrix ait: « Quare divisa est propter te macerata⁹⁹? » Sed ne quid interim hic veridici videamini, Isaias de vobis prophetiam in medium proferamus. Nam etsi per prophetam Deus confirmat: « Primogenitus meus natus Israelita¹⁰⁰; » at audite quæ paulo ante ac post consequuntur: « Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt, fontem aquæ vivæ, et federunt sibi cisternas, cisternas dissipatas¹⁰¹; » et rursus: « Filios genitrici et exaltavi, ipsi autem spreverunt me¹⁰². » Omnis quippe natura filius, ut deficiat a patre, naturam certe non amittit. Adoptivos autem, qui in naturam quasi vi invaserit, donec patri obsequitur, filius nominatur: sin eum, cui additus sit, respuat, ejus nec filius quidem vocatur. Ad eundem modum, et parentes vestri, qui Deum reliquerint ac respuerint, ut Isaias ait, dæmonibus additi, vere Sarcasæ filii sunt.

Cæterum Jeremias post id dictum: « Hic est Deus noster et in terris visus est, et cum hominibus conversatus est¹⁰³; » subdit: « Hic liber mandatorum Dei¹⁰⁴. » Quis? Quem jam dixit: « Et lex quæ est in æternum: omnes qui tenent eam, perveniunt ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem¹⁰⁵. » Ea vobis naturalem Filium; neque enim contentus est propheta dixisse: « Hic est Deus noster, et in terris visus est, et cum hominibus conversatus est, » sed Dei præceptorum etiam librum appellavit, scilicet Dei, et Patris, et in perpetuum duraturam legem, id est, perennem, sine successione, impatientem finis. Addit: « Qui tenent eam, perveniunt ad vitam, » æternam procul dubio. Nam qui æterno servient, æternum una etiam regnabunt. « Qui autem dereliquerunt eam, in mortem; » in mortem sane non hanc se inducent corporalem (nemo est enim hominum mortis expertus), sed animi; quæ et in extincto igne semper ardeat, et nunquam consumatur. Quod si ex Isaiæ quoque vaticinio intelli-

⁹⁷ Baruch. iii, 36-38. ⁹⁸ Gen. xxv, 23. ⁹⁹ Gen. xxxviii, 29. ¹⁰⁰ Exod. iv, 22. ¹⁰¹ Jerem. ii, 13. ¹⁰² Isa. i, 2. ¹⁰³ Baruch. iii, 38. ¹⁰⁴ Baruch. iv, 1. ¹⁰⁵ ibid.

(29) Imo Jeremias xxxi, 9.

(30) Imo Exod. vi, 22. Sic a S. Paulo secundus Adam et futurus dicitur.

gere vultis quid de Unigenito censeat, audite palam vociferantem : « Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus ⁶. » Quorum verborum hæc sententia est : Opifex ille futuri ac perennis ævi, Deus, potens, princeps pacis atque custos, Unigenitus æterni, et sine principio Patris, postremis temporibus sine mutatione corpore indutus, Puer nobis natus, Filius nobis datus est : datus quod erat, Deus; natus quod non erat, homo. « Et factus est principatus super humerum ejus; » crux scilicet, victoriæ et principatus signum.

Jam Michææ hæc sunt verba; « Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel, et egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis ⁷. » Quod si ab æternis temporibus ejus origo est, igitur qui natus est, Deus est, nullius enim meri hominis in omni memoria est ab æternis temporibus origo audita, sed Dei, hominis facti.

CAPUT XXXIII.

Isaiæ vaticinium egregie explicatum.

Rursum scribit Isaias : « Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini : Spiritus sapientiæ, et intellectus, Spiritus consilii, et fortitudinis, Spiritus scientiæ, et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini : non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet : sed judicabit in justitia pauperes, et arguet in æquitate pro mansuetis terræ : et percussiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum interficiet impium. Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus. Habitabit lupus cum agno : et pardus cum hædo accubabit : vitulus et leo, et ovis simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos. Vitulus et ursus pascentur : simul requiescent catuli eorum : et leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis : et in caverna reguli, qui ab lactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocent, et non occident in universo monte sancto meo : quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes. In die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsam gentes deprecabuntur, et erit sepulcrum ejus gloriosum ⁸. » Quæ est hæc radix Jesse? ex effeto utero prognata Virgo. Quis vero flos? ex Virgine incarnatus sine mutatione Deus. Cur autem non ait : Egredietur (fructus) de radice; sed flos de radice ejus ascendet? Propter summam Virginis integritatem, quæ virum nullum experta esset. Nam sterilitates dissolvere plerumque Dei potentiam repræsentat : cæterum Virgineam parere cum viro non congressam,

A naturæ lege desperatum est. « Requiescet super eum Spiritus Domini. » Super quem? super radicis scilicet florem, et Virginis natum. Nam simile simili coalescit. Septem vero Spiritus septem dona Spiritus intellige.

Addit porro : « Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet; » homines enim non ex æquo, et explorata veritate, sed ex apparenti æquo et veritate judicant. Quod perspicuus David, orat : « Judica me, Domine, secundum justitiam meam ⁹, » non ex ineffabili et immenso justitiæ tuæ pelago. Atque id verum esse declarant quæ sequuntur, prophetæ verba : « Sed judicabit in justitia pauperes, » id est animo humiles pro justitia sua explorata coronabit; quemadmodum de hoc quoque David profitetur : « Et humiles spiritu salvabit, et terrarum illustres ex æquo corriget ¹⁰; » terrarum illustres hic dæmones cogitandi sunt, et eorum administri : merito enim, qui mundi principes sunt, terræ quoque illustres sunt, de iisque et David ait : « Arguam te, et statuam contra faciem tuam ¹¹. » Quod addit : « Percussiet terram virga oris sui, » dæmonum perniciem notat. Nam ut de cæli molitione scribit David : « Verbo Domini cæli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum ¹²; » ita et Isaias et dæmonum perniciem atque interitum vaticinans, terram sui oris effulsu verberaturum prædicat. « Verbum oris, » unigenitum Filium vocans. « Et spiritu labiorum suorum interficiet impium; » hic rursus dæmones, et eorum administri accipiendi sunt, quos paulo ante « illustres » nominavit. Atque ei nostræ orationi fidem faciunt, Christi mei in furiosos miracula luculenta. « Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus; » lumbos et latera dicens, omnem corporis coagmentationem innuit, et meum Christatum ipsissimam esse justitiam et fidem; quod præsciens et David ait : « Justitia tua justitia in æternum, et lex tua veritas ¹³. »

Quod subdit : « Habitabit lupus cum agno et pardus cum hædo accubabit : vitulus, et leo, et ovis simul morabuntur : vitulus et ursus pascentur. Simul requiescent catuli eorum. » Ex omni memoria in pietate consensum et conspirationem notat. Ac quemadmodum Daniel decem regna per decem cornua designat, ita et Isaias per hæc animalia, exterorum varietatem et diversitatem. « Et puer parvulus minabit eos, » exteros scilicet, natus ille nobis et condonatus puer Christus, quorum primos ad sui adorationem adduxit Magos. « Et leo quasi bos comedet paleas, » propter unionem divinitatis cum humanitate in una eademque hypostasi factam. Nec vero incongrue Romano id applicaveris imperio, propter leoninum quiddam ac regale, quod primum levi ac divino jugo, id est,

⁶ Isa. ix, 6. ⁷ Mich. v, 2; Matth. ii, 6. ⁸ Isa. xi, 1-10. ⁹ Psal. vii, 1. ¹⁰ Psal. xxxiii, 19. ¹¹ Psal. xlii, 21. ¹² Psal. xxxii, 6. ¹³ Psal. cxviii, 142.

evangelico præconio cervicem subjecerat, reliquis populis palæarum instar devoratis. « Et delectabitur infans ab uberè super foramine aspìdis. » Infans atque lactens Christus; aspides, et aspidum soboles Pharisæi ac Scribæ sunt intelligendi; caverna et cubile Judæorum est Synagoga, quam præsilens in templo, et manum agitans dulcis Jesus docebat. « Non nocebunt, et non occident, in universo monte sancto meo. » Rursum Synagogæ inscitiam notat: non solum enim unigenitum Dei Filium in crucem actum non peremerunt, sed etiam quos illi prius morti dimiserant, hic ex mortuis postliminio restituit. « Quoniam repleta est terra scientia Domini. » Nam postquam ad inferos missus est Deus homo Jesus, tum vero evangelicum præconium magis propagatum est. « Sicut aquæ mare operientes. » Quodnam mare aquis operitur? Et simulacrorum cultus æquor, et inhærens in lege umbratile quiddam atque imperfectum. « In illa die radix Jesse, qui stat in signum popalorum, in ipsum gentes sperabunt. » Sententia hæc est: Qui ex mortuis resurget die a Sabbatis altero, ex Jessea stirpe erit, in eoque spem habebunt, non qui e Synagoga, sed ex gentibus. « Et erit sepulcrum ejus gloriosum, » seu: « Ejus requies erit honor. » Ecce aperte Dei regnum; neque enim in quo acquiescat Rex noster, equites, arma, cataphracti et satellites erunt, sed honor divinus. Quo pertinet, quod majoribus vestris. Servator dixit: « Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem¹⁶; » et: « Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis¹⁶. »

CAPUT XXXIV.

Aliorum prophetarum oracula de Christo.

Sed jam probe, opinor, Isaia verbis expositis, aliorum quoque vatum sententias edamus. Itaque de Hierosolyma confirmat David: « Homo, et homo natus est in ea: et ipse fundavit eam Altissimi¹⁷. » Est autem sensus hujusmodi: Supremus is qui hanc Hierosolymam condidit, in ea denique homo-natus est. Et Isaia: « Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel¹⁷. » Porro Emmanuel Hebræum, Latine *Nobiscum Deus*, redditur. Idem rursum: « Accessi ad prophetissam, et concepit, et peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus, Accelera spolia detrahare: festina prædari¹⁸. » Et Moses in Numerorum libro: « Orietur homo ex semine Israel, et imperabit multis gentibus, et exaltabitur regnum ejus. Devorabunt gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, et perforabunt sagittis¹⁹, » illius inimicum. Hostis vero hic diabolus est intelligendus, missilia Christi stigmata et notæ,

idemque rursum ibidem: « Orietur stella ex Jacob, et exurgit homo ex Israel, et percutiet duces Moab²⁰, » et quæ sequuntur.

Cæterum verum Deum esse Christum, Isaia comprobat his verbis: « Non angelorum, non hominum quisquam, sed ipse nos Dominus servavit²¹; » atque idem rursum: « Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus: dedi Spiritum meum super eum: judicium gentibus proferet: non contendet, non clamabit. Calanum quassatum non conteret, et linum fumigans non exstinguet. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium, et in nomine ejus gentes sperabunt²². » Idem de Joanne Baptista: « Regem cum gloria videbitis²³; » et: « Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini. Rectas facite semitas Dei vestri. Omnis vallis implebitur; et omnis mons et collis humiliabitur²⁴. » Montem atque collem hic dæmonum copias existimo, quæ celo ob superbiam deturbatæ, ad terræ ima depressæ sunt; vallem, hominum naturam quæ ob superbiam depressa, rursum Dei gloria repleta, atque in cælos e terra sublata est: id enim significat, quod addit: « Erunt prava in directa, et aspera in vias planas, et revelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro salutem Dei²⁵. » Et Amos propheta ait: « In die illa suscitabo tabernaculum David, quod cecidit: et reedificabo aperturas murorum ejus, et ea quæ corruerant, instaurabo: et reedificabo illud sicut in diebus antiquis, » ut exquirant reliqui homines Dominum, et omnes gentes super quas invocatum est nomen meum. « Et dicit Dominus faciens hæc²⁶. » Quem vero Deum reliqui homines requisiverant, cujusve Dei nomine et censeantur gentes, nisi plane unigeniti Dei Filii, Dei hominis Jesu Christi? quemadmodum clamat Jeremias: « Homo est, et quis cognoscat eum²⁷? » quia et Deus est. Et David ex persona Christi: « Confitebor tibi, Domine Deus meus, et glorificabo nomen tuum; » id est, magnificabo et prædicabo: « Quia misericordia tua magna est super me²⁸: » non secundum æqualitatem meæ divinitatis, sed secundum mei corporis gloriam. Meus enim Jesus perfectus Deus, etiam perfectus homo factus est, unus ex duabus naturis, quarum illa quæ incarnata est, deificavit, quæ vero carnea erat, deificata est (31).

« Et erusti animam meam ex eo inferno inferiori²⁹. » Nam usque ad Christi descensum ad inferos, nullius hominis anima ab inferis est liberata. Quod si Jonas exclamavit: « Educ de corruptione animam meam³⁰, » at ejus anima iterum post egressam, ad inferos descendit: « Deus! iniqui insurrexerunt

¹⁶ Joan. v, 23. ¹⁷ Joan. xiv, 7. ¹⁸ Psal. CLXXVI, 5. ¹⁹ Isa. vii, 14. ²⁰ Isa. viii, 3. ²¹ Num. xxiv, 8; sec. LXX. ²² Num. xxiv, 17, sec. LXX. ²³ Isa. lxxiii, 9, sec. LXX. ²⁴ Isa. xlii, 1-4, sec. LXX. ²⁵ Isa. xxxiii, 17. ²⁶ Isa. xl, 3, 4. ²⁷ ibid., 5. ²⁸ Amos ix, 11, 12. ²⁹ Jerem. xvii, 9. ³⁰ Psal. lxxv, 12, 13. ³¹ ibid. ³² Jonæ ii, 7.

(31) Imitatur Nazianz. In Epiphan.

super me: pontifices et sacerdotes; et Synagoga potentium quæsierunt animam meam: Herodes simul et Pilatus, qui per id tempus potestate improbeungebantur; et non proposuerunt te in conspectu suo.³¹ Te enim, Pater, tuisque præceptis oblivioni profundo traditis, vere te contempserunt. Et tu, Domine Deus meus; Domine acconditor omnis creaturæ invisibilis. Et Deus meus respice in me, et miserere mei; respicio in me secundum humanitatem, qui divinitate abes nunquam. Da imperium tuum puero tuo³², id est, meam tui ex te ante Luciferum geniti potentiam demonstra: Aquale est et illud Domini, tempore passionis³³: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis (31'). — Et salvum fac Filium ancillæ tuæ: irreprensæ Virginis. Fac mecum signum in bonum; id est, assumptum a me corpus ex morte suscitâ. Ut videant qui oderunt me, et confundantur; vere enim ingens pudor erit scelestissimæ Synagogæ, mea post triduum resurrectio. Quoniam tu, Domine, adjuvisti me, et consolatus es me³⁴, id est, quod tu, Pater, jam olim de me consilium ceperis.

CAPUT XXXV.

Prophetarum de Christo Deo et homine vaticinia.

Porro autem perfectum et Deum et hominem esse Christum, luculenter vates demonstrabunt. Isaïæ quidem hæc sunt verba: Deus magnus et fortis non esuriet³⁵. Davidis vero hæc sententia est: Audi, populus meus, et loquar: Israel, et testificabor tibi: Deus tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos. Cognovi omnia volatilia cæli: et pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ et plenitudo ejus. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo³⁶? Quare nec taurina carne Deus vescitur, nec hircinum bibit sanguinem? quomodo igitur vatum dicta conciliemus? cum dicat Isaïas: Deus magnus et præpotens non esuriet³⁷; David vero: Si esuriero, non dicam tibi. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Enimvero sic habendum est: Isaïam, qui ad divinam, et perennem, atque sempiternam Christi naturam respiceret, quasique cum diabolo dissereret, qui Christum tentans jubebat, ediceret lapidibus, ut panes fierent, velut respondentem dicere, scilicet Deum magnum ac præpotentem esurire? Quod a Servatore quoque responsum malignus accepit: Scriptum est: Non in solo

A pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei³⁸; Davidem vero, qui in Christi olim incarnationem prospiceret, ac quemadmodum cum eo Judæi, tanquam mero homine, ac non etiam Deo consuescerent, et convicio factarent: Ecce homo vorax et potator vini³⁹; multo ante obturantem impudens eorum os, ex Christi persona confirmare: Quid me hominem solum cogitatis, ac non etiam Deum? Ego ille ex Virgine natus, sine mutatione Deus, esuriens atque comedens, vestro, o Judæi, adminiculo non indigeo: meus cum sit orbis, et quidquid eo continetur. Neque vero tuas scditates, id est, scelestâ tuâ sacrificia, desidero, scelestissima Synagoga. Quod si vis omnino ad vitam ingredi, legis umbram, auditis meis consiliis atque mandatis, desere, atque ad Deum accedens: Immola sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis, eruam te, et honorificabis me⁴⁰. Et Jeremias: Ecce dies venient, dicit Dominus, et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me, a minimo eorum usque ad maximum⁴¹. Idem de gentium fide Isaïas: Faciet Dominus exercituum omnibus populis: in monte isto induent lætitiâ, perfundentur unguento, bibent vinum⁴²; ubi gaudium ad baptismum refertur; et quo baptizatus ungitur, ad sacrum unguentum; vinum ad incontaminatum ac Dominicum sanguinem. Idem rursus: Decretum hoc est super omnes gentes: et dicent in illa die: Ecce Deus noster, in quem speravimus, exsultemus in salutari nostro, et salvabit nos ipse Dominus⁴³. Est autem hæc sententia: Ecce Deus ille noster, in quo spem habemus, nobiscum est, hoc est, secundum corpus, iisdem quibus nos obnoxius. Itaque exsultemos in salute nostra, Dei nostri gloria; nam Domini gloria, scilicet crux, nostra salus est. Et salvabit nos ipse Dominus, peccatis omnibus cruci affixis. Atque id ita esse, angeli ad Deiparam verba ostendunt. Et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus⁴⁴. Jam Davidis quoque de Christo, ex Dei et Patris persona hoc effatum est: Ponam in mari manum ejus; et in fluminibus dexteram ejus⁴⁵.

JUD. Nullam de Christo prophetiam hic psalmus continet: de se enim vates eum cecinit.

CHRIST. An de se David psalmum cecinerit, accuratius ex his quæ sequuntur, intelligetis. Ipse invocabit me: Pater meus es tu; atqui in nullo psalmorum suum Patrem Deum appellabat David: Deus meus, et susceptor salutis meæ⁴⁶.

³¹ Psal. LXXXV, 13. ³² ibid. 15. ³³ Joan. XVII, 1, 2. ³⁴ Psal. LXXXV, 16. ³⁵ Isa. XL, 28. ³⁶ Psal. XLIX, 7-13. ³⁷ Psal. XL, 28. ³⁸ Math. IV, 4. ³⁹ Math. XI, 19. ⁴⁰ Psal. XLIX, 14, 15. ⁴¹ Jerem. XXXI, 34, 35. ⁴² Isa. XXV, 6. ⁴³ Isa. XXV, 9. ⁴⁴ Matth. I, 25. ⁴⁵ Psal. LXXXVIII, 26. ⁴⁶ ibid. 27.

(31') Ms., γῆς.

Observate sane : Patrem secundum naturam, Deum secundum assumptam humanam naturam. « Et ego primogenitum ponam illum ⁴⁷; » animadvertitis, ut de unigenito Dei Filio loquatur? Nam David nec Dei filius erat, nec Jesse sui genitoris primogenitus, id quod de se ipse testatur in hæc verba : « Minimus eram in fratribus meis, et junior in domo patris mei ⁴⁸. » Et alioqui si Davidis hæc propheta de seipso fuisset, dixisset utique : « Primogenitum » posui illum : non, « ponam illum. » « Excelsum præ regibus terræ ⁴⁹. At David Judæam solum tenuit, nec mari manus ipsius, nec fluminibus dextra ejus imposita est. « In æternum servabo illi misericordiam meam : et testamentum meum fidele ipsi ⁵⁰. » At Davidi fœdus hæcenus fidem mansit, ut ægre ejus filius Salomon Judææ sceptra retinuerit, Roboam vero Salomonis regno exciderit. « Et ponam in sæculum sæculi semen ejus; et thronum ejus sicut dies cœli ⁵¹. » Videtis Filium? Nam sensus hujusmodi est : Complacet unigenitum meum Filium ex semper Virgine Maria, quæ ex Davidis semine est, carnem assumere; et perfectus natura Deus, sine mutatione, homo etiam perfectus nascetur : ejus deum solium ad cœli ætatem conservabo, in omnem sæculorum perpetuitatem. Atque id ita esse, ex sequentibus erit apertius; addit enim : « Si autem dereliquerint filii ejus legem meam : et in judiciis meis non ambulaverint; si justitias meas profanaverint, et mandata mea non custodierint : visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum ⁵². » Non ignorans, qui animos atque repta scrutatur, particulam *si*, hic apposuit, sed judicii sui æquitatem demonstrans, cum additamento poenam comminatus est : « Misericordiam autem meam non dispergam ab eo : neque nocebo in veritate mea. Neque profanabo testamentum meum : et quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita ⁵³. » Significant autem hæc : Quantumvis Davidis semen in regali solio considerare, atque in vos regnare haud videtis; ego tamen ex ejus semine Regem suscitabo omni terra altiore.

« Semel in sancto meo, » in meo scilicet naturali Filio. « Si David mentior, » juravi, inquam, Davidi non mentiturus : « Semen ejus in æternum manebit. Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et testis in cœlo fidelis ⁵⁴. » Videte, quemadmodum de Deo homine Jesu vates omnia prædicat. Quo pacto enim merus citra divinitatem homo perennis daret, ejusque solium, ut sol apud Deum, utque luna constet in perpetuum? Sed profecto hic ille est, de quo ex Dei persona prædicat : « Ex utero ante Luciferum

A genui te ⁵⁵. » Et rursum : « Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis ⁵⁶. » Nam hic, vere est in æthere testis indeletus. Jam vero scribit Isaias : « Ecce dies venient, dicit Dominus : et suscitabo David germen justum : et regnabit Rex, et sapiens erit : et faciet judicium et justitiam in terra. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, *ʿImānēʿel*, Dominus justus noster ⁵⁷. » Et Habacuc : « Operuit cœlos gloria ejus, et laudis ejus plena est terra ⁵⁸. » Cujus ergo meri hominis majestas cœlos obteget, cujus laude terra repleatur? nimirum Dei hominis Jess. Et in Paralipomenis, de suo Filio Deus confirmat : « Stabiliam regnum ejus : ipse ædificabit mihi domum, et firmabo solium ejus usque in æternum. Ego ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in Filium, et misericordiam meam non auferam ab eo ⁵⁹. » Et rursum : « Ipse erit mihi in Filium, et ego ero illi in Patrem firmaboque solium ejus in Israël in æternum ⁶⁰. »

JUD. Et cur autem non dixit, Stabiliam thronum Filii mei, quia Pater illius som : sed, « erit mihi in Filium, et ego ero ei in Patrem? »

CHRIST. Non de perenni natura, atque regno sui Filii hoc locutus Pater est; sed de temporali regno et assumpto. Neque enim concidit perenne ejus regnum, neque inconcussum ejus solium stabiliri opus habebat. Quare de nostrate regno atque solio David disserit, et domum construendam novam Ecclesiam significat; nam superna domus, æ-

C perenne regnum ex omni æternitate, atque in omnem perpetuitatem constat, nunquam labefactandum. Isaias quoque, ex persona Christi ait : « Ego Dominus loquens justitiam, annuntians recta. Congregamini, et venite, et accedite simul qui salvati estis ex gentibus. Ego Deus, et non est alius Deus justus et Salvator non est præter me. Convertimini ad me, et salvi eritis ⁶¹. » Et Moses, ex ejusdem persona : « Expectetur ut pluvia doctrina mea : fluat ut ros eloquium meum ⁶². » Jam Dei et Patris per Isaiam ad Filium hæc sunt verba : « In tempore placito exaudi vi te, et in tempore salutis auxiliatus sum tibi, et dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram ⁶³. » Et per eundem rursum : « Dedi eum ducem, ac præceptorem gentibus. Ecce gentes quæ te non cognoverunt, et populi qui nescierunt te, invocabunt te ⁶⁴. » Rursum ait Isaias : « Ecce venit Dominus : Quomodo? » Qui ambulat in justitiis, et loquitur veritatem, et odio habet iniquitatem et injustitiam, et excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem ⁶⁵. » Videte ut incarnationem propheta demonstret. Neque enim ex his Davidis verbis : « Oculi Domini super justos,

⁴⁷ Psal. LXXXVIII, 28. ⁴⁸ Psal. LXXVIII, 9. ⁴⁹ Psal. LXXXVIII, 28. ⁵⁰ ibid. 29. ⁵¹ ibid. 30. ⁵² ibid. 31, 32. ⁵³ ibid. 33, 35. ⁵⁴ ibid. 36-58. ⁵⁵ Psal. CIV, 5. ⁵⁶ ibid. 4. ⁵⁷ Imo Jerem. XXIII, 5, 6. ⁵⁸ Habac. III, 3. ⁵⁹ I Paral. XVII, 12, 15. ⁶⁰ I Paral. XXII, 10. ⁶¹ Isa. XLV, 10, 20, 22. ⁶² Deut. XXXII, 2. ⁶³ Isa. XLIX, 8. ⁶⁴ Isa. LV, 4, 5. ⁶⁵ Isa. XXXIII, 15.

et aures ejus in preces eorum; vultus autem Domini super facientes mala ⁶⁶, et hæc Isaiæ sunt interpretanda; nam ille partim benignitatem, partim vindicem Dei potestatem describit; hic dum dicit manum, ne dona capiat, arcet, auresque ne injustam capitis inquisitionem inaudiant, obturat, incarnationem ejus proponit ⁶⁷.

Atque id verum esse, ex iis quæ post disseruntur, intelligetis. Addit enim: « Claudis oculos suos, ne videant malum ⁶⁸; » iis verbis Domini necem et Judæorum obstinationem notans. « Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus ⁶⁹. » Accipite incarnationem: nam nisi de ea dictum hoc est, ubinam alioqui comprehendatur, qui ubique præsens cuncta complet? « Panis ei datus est, » id est, pane ad incarnationis fidem vescitaras, « et aquæ ejus fideles sunt ⁷⁰; » scilicet sacrum baptisma, seu salutaris doctrina. Quemadmodum et Christus ipse ad Samaritanam disserit: « Si scires donum Dei, et quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo; et dedisset tibi aquam vivam ⁷¹, » ut non sitires in æternum. Et rursus: « Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ ⁷², » divinæ ac salutaris doctrinæ sermones. « Regem cum gloria videbitis ⁷³, » id est, hominem cum divina gloria. Et Oseas: « Post hæc revertentur filii Israel, et quærunt Dominum Deum suum, et David regem suum: et pavebunt ad Dominum, et ad bonum ejus in novissimo dierum ⁷⁴; » quæ de Deo homine Jesu disputat propheta, partim Dominum Deum propter ejus divinitatem vocans, partim Davidem propter humanitatem, seu ex Davidis stirpe natum. Ubi est enim Davidis demum benignitas, postremis illis temporibus, nec benignitas modo, sed quæ homines quoque in stuporem adducat? Et Jeremias, de pueris propter eum interfectis: « Hæc dicit Dominus: Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis: quia est merces operi tuo ⁷⁵. » Quod idem et de quovis pœnitente dicit. Idem rursus: « Non interibit de David vir, qui sedeat super thronum domus Israel ⁷⁶. » Igitur si non venit Christus, mendax est propheta. Excidia enim, Judæi, primum quidem gratia Dei et procuratore, deinde et Hierosolymitana sede. Absit vero, Deus immortalis! ut mendacem Dei prophetam appellem. Sed cum ad Christum usque regnaretis, regnumque et sacerdotium teneretis, veniens Christus, qui humanitas ab Davide genus duceret, consubstantialis et cœternus Patri Filius, Israelitarum atque universi orbis imperium accipit. Id quod et David confirmat, in hæc verba: « Domine, in virtute tua lætabitur Rex, et super salutare tuum exultabit vehementer. Desiderium cordis ejus tribuisti ei: et voluntate labiorum ejus non

A fraudasti eum ⁷⁷. » Videtis ut de Christo loquatur nam si Ezechie fortasse tribuisset, Ad Christum tamen vere refertur. Quis enim rex propter animi optata, et orationis postulata Numen propitium habuit? Atque id verum esse, idem Propheta rursus alio psalmo demonstrat: « Benedic, anima mea, Domino: qui replet in bonis desiderium tuum ⁷⁸. » Quod si Davidi præstitum non est, ecquis alius rex de eo se jactabit? Enimvero postquam dixisset: « Domine, in virtute tua lætabitur rex, » cæteraque quæ eo carmine prænuntiat, indicans apertius, de quo rege vaticinium edidisset, ait: « Vitam petisti a te: et tribuisti ei longiturnitatem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi ⁷⁹. » Atque nullus plane, præter Christum rex perennis vivit, atque regnat. Atque hæc quidem prophetarum sunt. Quin nos quoque hactenus Dei Filii atque Verbi incarnationem edidimus; neque enim fas est amplius. Nam ut mare cyatho metiri non possis, quod multis atque ingentibus fluviis rigetur (etsi ne sic quidem exactam veritatem consequatur exemplum), ita sane, et illam pro dignitate, edisserere ac vel mediocriter perscrutari, humanæ menti inconcessum est.

CAPUT XXXVI.

Alter Isaiæ de Messia locus expositus.

Sed quoniam nobis ter sancti ac vivifici Spiritus processionem Moses præ cæteris vatibus obsignavit, accedat vero et Isaias, qui Unigeniti incarnationem obsignet. Igitur prophetarum illustrissimus prosector, quid Deus locutus sit ad Achaz: « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit Isaias: Audite ergo, domus David: Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet. Qui antequam sciat aut præferat malum, eliget honum ⁸⁰. Et dixit Dominus ad me: Sume tibi librum novum grandem, et scribe in eo stylo hominis: Velociter spolia detrahe, cito prædare ⁸¹. » Adest enim: « Et adhibuit mihi testes fideles, Uriam sacerdotem, et Zachariam filium Barachæ: et accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus. Accelera spolia detrahere: Festina prædari. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, accipiet fortitudinem Damasci, et spolia Samariæ coram rege Assyriorum Nobiscum Deus ⁸². » — « Scitote gentes, et vincimini, et audite universæ proci terræ: quia nobiscum Deus,

⁶⁶ Psal. xxxiii, 16, 17. ⁶⁷ Isa. xxxiii, 15. ⁶⁸ ibid. 16. ⁶⁹ ibid. ⁷⁰ Joan. iv, 10. ⁷¹ Joan. vii, 38. ⁷² Isa. xxxiii, 17. ⁷³ Osee iii, 5. ⁷⁴ Jerem. xxxi, 16. ⁷⁵ Jerem. liii, 17. ⁷⁶ Psal. xv, 1, 2. ⁷⁷ Psal. cx, 1, 5. ⁷⁸ Psal. xx, 5. ⁷⁹ Isa. vii, 10-16. ⁸⁰ Isa. viii, 1. ⁸¹ ibid. 2-4.

Confortamini et vincimini : si enim denuo confortabimini ; denuo vincemini ; inite consilium, et dissipabitur : loquimini verbum, et non fiet : quia nobiscum Deus ⁸². »

Cæterum in primis dignum quæstione est, quamobrem dicat propheta : « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens. » De Deo ejusque adventu propheta dicturus, ne quispiam suspicaretur, alium esse, qui a prophetis se prioribus fuisset prædicatus, et alium, qui a seipso tum prædicaretur, voculas, « Et adjecit, » prophetiæ voluit præfigere, quasi diceret : Inter alias vaticinas præsigitiones, quas Spiritus sanctus de unigenito Dei Filio, per prophetarum linguas promulgavit, insuper adhuc « Adjecit Dominus loqui ad Achaz : Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. » Nec vero jubet Deus Achaz censidientem petere signum. Apage. Quomodo enim jubeat signum petere, qui etiam jussus abnuat ? sed nimirum, ut præsciis, Synagogæ incredulitatem prævidens Deus, Achaz mandat, signum peteret. Quemadmodum aliquando et Thomæ obstinatio cæteros ad exploratam Christi resurrectionis fidem pertraxit, atque confirmavit ; ita sane et Achaz signum petere, omnes ad veri credulitatem adduxit et constabiliavit. Et si vero Achaz abnuerit, ac responderit : « Non petam, et non tentabo Dominum ⁸³, » Isaias tamen pro eo exclamat : « Audite ergo domus David. » Ecce ad quos promissum pertinet, eos « domum Davidis » appellat, quasi in memoriam revocans Davidis verba atque fidem, quam juratam Davidi Deus non sit revocaturus. Nam, « juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam. » Quæritis, quæ sit ea veritas, intelligere ? « De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc quæ docebo eos, et filii eorum usque in sæculum, sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi : hic habitabo, quoniam elegi eam. Viduam ejus benedicens benedicam, et pauperes ejus saturabo panibus. Sacerdotes ejus induam salutari : et sancti ejus exultatione exultabunt. Illuc producam cornu David ; paravi lucernam Christo meo. Inimicos ejus induam confusione, super ipsum autem effloreat sanctificatio mea ⁸⁴. » Hujus ergo promissi finem notans Isaias, domus Davidicæ meminit.

Quod addit : « Numquid parum vobis est, quia molesti estis hominibus ? quia molesti estis et Deo meo ? » Fidem hujus Achaz collaudans propheta ait : « Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. » Ei dicto, « Dabit Dominus ipse vobis signum, » subjecit : « Ecce Virgo, »

A etc. Nam ex omni memoria fando inæditum est, virginem filium genuisse. Itaque non signum modo, sed miraculorum omnium mirificissimum est hoc, et arcanorum ac prodigiorum longe arcuissimum ac prodigiosissimum. « Butyrum et mel comedet. » A miraculo ad miraculum digreditur, etenim præfatus : « Deus magnus ac præpotens non esuriet, » nunc Unigeniti incarnationem comprehendens ait : Quem pro supratemporalis natura haud esuriturum præcœcini, nunc ex virgine hominem natum, citra peccatum, butyro ac melle vesciturum præsigio. Butyro autem atque melle nominando, iterum nobis Davidis vaticinia in mentem revocat : unum hujusmodi : « Impingasti in oleo caput meum ⁸⁵ ; » alterum : « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo ⁸⁶ ! » Cæterum audiens : « Qui antequam sciat, aut præferat malum, elegit bonum ⁸⁷, » ne peccati expertem, scilicet, aut malum admittarum unquam sige : sed priusquam id fiat, ex Virgine natum eligendo bono sacrum futurum ; nam « Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domine vocabitur ⁸⁸. » Igitur qui ex utero consecratus sit, qui tandem sciat, aut malum admittat ? Quare dubium non est, quin perfectum hominem fore, qui nasceretur, sed a peccato alienum designarit ; nam de eo idem rursus confirmat : « Iniquitatem non fecit, neque dolus fuit in ore ejus : et cum sceleratis reputatus est ⁸⁹, » innocens tamen cum esset. Quare si a malo mala sunt, Deus autem bonus est, et boni hominibus largitor, merito ille boni omnibus auctor, humanitatem suam Divinitatis bono impertit.

« Et dixit Dominus ad me, « id est demonstravit : « Sume tibi librum novum, grandem ⁹⁰. » Volumen hic Virginis alvus intelligatur. Nam ut in tabulas Mosi traditas exaratis divinitus litteris, Decalogum Deus inscripsit, ita et in virgineo quasi volumine perennis ac sine principio Patris, et ter sætici ac vivifici ope Spiritus, Unigena ac Dei Verbum descriptus est habitator. Quod autem subdit, « Novum, grandem, » veram umbræ legis imaginem notat. « Et scribe in eo stylo hominis. » Videto quemadmodum paulatim propheta arcanum Patris consilium prodatur. « Sume, inquit, novum grandem librum. » Quibus verbis beneficam Patris de Filio voluntatem significat. « Et scribe in eo stylo hominis. » Quasi diceret : Etsi Dei natura Filius, et mutationis expertus Deus, inconfuse, citraque peccatum perfectus homo etiam nasceret : quippe humanam speciem per humanum stylum inquit. Quid ita ? « Velociter spolia detrahe, cito prædare. » Eo dicto Davidis iterum verba ad memoriam revocat : « Ascendisti in altum, cepisti captivitatem ⁹¹. » Enimvero, « Altum, » crucem intelligit ; captivos abductos, Orci demolitionem, et jam omnium captivorum redemptionem. Ostensurus autem

⁸² Psal. xx, 9, 10. ⁸³ Isa. vii, 12. ⁸⁴ Psal. cxxxii, 11-18. ⁸⁵ Psal. xx, 5. ⁸⁶ Psal. cxviii, 103-104. ⁸⁷ Isal. vii, 15. ⁸⁸ Exod. xiii, 2 ; Luc. ii, 23. ⁸⁹ Isa. liii, 9, 12. ⁹⁰ Isa. viii, 1. ⁹¹ Psal. lxxvii, 19.

propheta decretum irrevocabile, addit: « Adest A enim, » in hanc sententiam: Ne, quoniam futurum est, de re diffusum ito; nam mihi quidem Deus hoc ita declaravit, tanquam quod adest, id est, factum est. « Testes adhibe mihi viros fideles. » Testes hic, non qui rem adeo testarentur, sed qui testificati sanguinem effunderent, existima, « Uriam sacerdotem, et Zachariam filium Barachiz. » Zacharias, in presentia, non Elisabethæ maritus est credendus, sed alius Ezechizæ tempestate. Existit enim ante Ezechiam rex impius, Davidis stirpem propter initia cum eo divinitus promissa, delere studens: quo tempore Urias et Zacharias nati unum Davidicæ stirpis, quod semen Davidis sperantes vellent, clam eum habuerunt. Quo post comperto, ille eos martyrum choro laureatos addidit. Historiam ex Regum libro accuratius cognosce ⁹¹. « Et accessi ad prophetissam, et concepit, et peperit filium. » Quam appellat vero prophetissam? Virginem ac Deiparam, quæ cecinit: « Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna, qui potens, et sanctum nomen ejus ⁹². » Ecce autem certissimum vatem! Supra inquit: « Ecce virgo concipiet, et pariet filium, » paulo post ait: « et concepit, et peperit filium; » Quomodo? illic omnino ut futurum, hic ut certum. « Accessi ad prophetissam. » Hoc velut ab archangelo Gabriele ad Virginem dictum intellige; nam ex templo ad ejus nuntium explorata virgineus conceptus fuerat secutus.

« Et dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus; » aut Christum, quod Judæis unctum notat; aut Emmanuel, quod perinde est, ac si dicas, *Nobiscum Deus*, aut Jesum, quod *Salus* redditur. Hæc enim nomina utramque Christi naturam repræsentant. Sed quæ sequuntur scrutemur: « Accelera spolia detrahere: Festina prædare. » Hoc perniciosam Salvatoris vim declarat. Atque id verum esse, ipse adeo vates nodum dissolvens, ait: « Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, accipiet fortitudinem Damasci. » Videte prophetæ super puero accuratam diligentiam: siquidem non dixit, Priusquam sciret Christus, aut Jesus, aut Emmanuel, quæ utrumque notant; sed, « Puer; » nam secundum expertem temporis naturam, est Deus fortis, præpotens, Princeps pacis, Pater ævi futuri: secundum temporalem, natus ex Virgine Puer, Damasci opes, Samarizæque spolia recipiet ab Assyriæ rege. Quod comprobans vates, addit « Nobiscum Deus: » Scilicet supertemporalis, et omnipotens Deus; cum semper Virgine Maria, ac per eam nobiscum. « Quamobrem scitote gentes, et vincimini. » Gentes appellat, non quæ Christum adorant, atque venerantur, et Deum confitentur ac concelebrant, quæ ex gentibus Ecclesia est, sed quæ in idolorum cultus scelere permanent. Nam eæ demum profligandæ gentes

sunt, quæ Christi nomine non gloriantur. « Audite, universæ procul terræ. » His Verbi Dei ad inferos decensum, et evangelici præconii significat propagationem; ita enim et Servator meus in Evangelio loquitur: « Prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus: et tunc veniet consummatio ⁹³. » — « Confortamini et vincimini. » Dæmones, inquit, qui in nos homines potestatem exercetis pro peccatum, protigabimini ejus viribus, qui pro nobis incarnatus est. Quod iterum victi configatis, ut estis impudentissimi; at iterum denique profligabimini, per Christi resurrectionem prostrati. Nam Christo in vitam restituto, non jam deinceps mors dominatur, et prostratæ dæmonum copiz sunt. Potest autem id quoque de sensibilibus gentibus sic accipi, quin et ad Christum referri, quem sæpe, ut hominem petita diabolus tandem Deum nactus, concidit.

Inite consilium quantumvis contra Christum: quantumvis enim avarum Judam aggressi, cum arrogantibus ac superbis scribis et legeconsultis, quantumvis cum Anna et Caïpha, scelestis pontificibus, ac denique cum Herode et Pilato, esseris et que inhumanis principibus conspiratis, consilium vestrum Dominus Deus dissolvat, id est, frustrabitur, et impotentes ac invalidos vos ostendet. « Consilium dissipabitur: loquimini verbum, et non fiet. » Id quale sit, scire avertens, Matthæus publicanus docebit, cujus è sacro Evangelio hæc sunt verba:

« Altera autem die, quæ est post Parasceven, convenerunt principes sacerdotum, et Pharisei ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli ejus, et furentur eum, et dicant plebi: Surrexit a mortuis: et erit novissimus error pejor priore ⁹⁴. » Hoc igitur consilium et decretum Deus dissolvat. Siquidem « Nobiscum Deus. » Nobiscum Deus est ab Abrahamo per prophetas, usque ad Cæsaris Augusti censum; nobiscum est in assumpta carne conversans, usque ad descensum ac regressum ex inferis: nobiscum usque ad sæculorum finem, atque in omnem perpetuitatem. Hoc enim significat ter a propheta usurpatum: « Nobiscum. » Scitote gentes, quod nobiscum Deus est: « Audite, universæ procul terræ, quia nobiscum Deus est; loquimini verbum, et non fiet, quia Nobiscum Deus. »

Quid agimus? hæcine disputata hactenus de Dei Filii incarnatione satis sunt, an plura quoque vultis disseram? Enimvero neque ego plura addere possim, nec vos accipere. Quin adderem plura, si disputationi addictos cernerem. Sed quoniam orationis satietas inimica est, non dicentibus, sed auditoribus, sufficere, opinor, quæ diximus: « Ne ultra Gades, » quod aiunt, trajicere conemur. Igitur ad alia est transeundum.

⁹¹ II Par. I. xxiv; et IV Reg. xi. ⁹² Luc. I, 48, 49. ⁹³ Matth. xxiv, 21. ⁹⁴ Matth. xxvii, 26, 63.

Confortamini et vincimini : si enim denuo confortabimini ; denuo vincemini ; inite consilium, et dissipabitur : loquimini verbum, et non fiet : quia nobiscum Deus ⁸². »

Cæterum in primis dignum quæstione est, quamobrem dicat propheta : « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens. » De Deo ejusque adventu propheta dicturus, ne quispiam suspicaretur, alium esse, qui a prophetis se prioribus fuisset prædicatus, et alium, qui a seipso tum prædicaretur, voculas, « Et adjecit, » prophetiæ voluit præfigere, quasi diceret : Inter alias vaticinas præsigitiones, quas Spiritus sanctus de unigenito Dei Filio, per prophetarum linguas promulgavit, insuper adhuc « Adjecit Dominus loqui ad Achaz : Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. » Nec vero jubet Deus Achaz cœdissentem petere signum. Apage. Quomodo enim jubet signum petere, qui etiam jussus abnuat ? sed nimirum, ut præsciis, Synagogæ incredulitatem prævidens Deus, Achaz mandat, signum peteret. Quemadmodum aliquando et Thomæ obstinatio cæteros ad exploratam Christi resurrectionis fidem pertraxit, atque confirmavit ; ita sane et Achaz signum petere, omnes ad veri credulitatem adduxit et constabilivit. Et si vero Achaz abnuerit, ac responderit : « Non petam, et non tentabo Dominum ⁸³, » Isaias tamen pro eo exclamat : « Audite ergo domus David. » Ecce ad quos promissum pertinet, eos « domum Davidis » appellat, quasi in memoriam revocans Davidis verba atque fidem, quam juratam Davidi Deus non sit revocaturus. Nam, « juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam. » Quæritis, quæ sit ea veritas, intelligere ? « De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc quæ docebo eos, et filii eorum usque in sæculum, sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi : hic habitabo, quoniam elegi eam. Viduam ejus benedicens benedicam, et pauperes ejus saturabo panibus. Sacerdotes ejus induam salutari : et sancti ejus exultatione exultabunt. Illuc producam cornu David ; paravi lucernam Christo meo. Inimicos ejus induam confusione, super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea ⁸⁴. » Hujus ergo promissi finem notans Isaias, domus Davidicæ meminit.

Quod addit : « Numquid parum vobis est, quia molesti estis hominibus ? quia molesti estis et Deo meo ? » Fidem hujus Achaz collaudans propheta ait : « Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. » Ei dicto, « Dabit Dominus ipse vobis signum, » subjecit : « Ecce Virgo, »

etc. Nam ex omni memoria sancto inædilem est, virginem filiam genuisse. Itaque non signum modo, sed miraculorum omnium mirificissimum est hoc, et arcanorum ac prodigiorum longe arcausissimum ac prodigiosissimum. « Butyrum et mel comedet. » A miraculo ad miraculum digreditur, etenim præfatus : « Deus magnus ac præpotens non esuriet, » nunc Unigeniti incarnationem comprehendens ait : Quem pro supratemporalis naturæ haud esuriturum præcecini, nunc ex virgine hominem natum, citra peccatum, butyro ac melle veschurum præsigio. Butyro autem atque melle nominando, iterum nobis Davidis vaticinia in mentem revocat : unum hujusmodi : « Impinguasti in oleo caput meum ⁸⁵ ; » alterum : « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo ⁸⁶ ! » Cæterum audiens : « Qui antequam sciat, aut præferat malum, elegit bonum ⁸⁷, » ne peccati expertem, sciturum, aut malum admissurum unquam finge : sed priusquam id fiat, ex Virgine natum eligendo bono sacrum futurum ; nam « Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur ⁸⁸. » Igitur qui ex utero consecratus sit, qui tandem sciat, aut malum admittat ? Quare dubium non est, quin perfectum hominem fore, qui nasceretur, sed a peccato alienum designarit ; nam de eo idem rursus confirmat : « Iniquitatem non fecit, neque dolus fuit in ore ejus : et cum sceleratis reputatus est ⁸⁹, » innocens tamen cum esset. Quare si a malo mala sunt, Deus autem bonus est, et boni hominibus largitor, merito ille boni omnibus auctor, humanitatem suam Divinitatis bono impertiit.

« Et dixit Dominus ad me, « id est demonstravit : « Sume tibi librum novum, grandem ⁹⁰. » Volumina hic Virginis alvus intelligatur. Nam ut in tabulas Mosi traditas exaratis divinitus litteris, Decalogum Deus inscripsit, ita et in virgineo quasi volumine perennis ac sine principio Patris, et ter sætati ac vivifici ope Spiritus, Unigena ac Dei Verbum descriptus est habitator. Quod autem subdit, « Novum, grandem, » veram umbræ legis imaginem notat. « Et scribe in eo stylo hominis. » Videte quemadmodum paulatim propheta arcanum Patris consilium prodit. « Sume, inquit, novum grandem librum. » Quibus verbis beneficam Patris de Filio voluntatem significat. « Et scribe in eo stylo hominis. » Quasi diceret : Etsi Dei natura Filius, et mutationis expertus Deus, inconfuse, citraque peccatum perfectus homo etiam nasceretur : quippe humanam speciem per humanum stylum inquit. Quid ita ? « Velociter spolia detrahe, cito prædare. » Eo dicto Davidis iterum verba ad memoriam revocat : « Ascendisti in altum, cepisti captivitatem ⁹¹. » Enimvero, « Altum, » crucem intelligit ; captivos abductos, Orci demolitionem, et jam olim captivorum redemptionem. Ostensurus autem

⁸² Psal. xx, 9, 10. ⁸³ Isa. vii, 12. ⁸⁴ Psal. cxxxi, 11-18. ⁸⁵ Psal. xx, 5. ⁸⁶ Psal. cxviii, 103-104. ⁸⁷ Psal. vii, 15. ⁸⁸ Exod. xiii, 2 ; Luc. ii, 23. ⁸⁹ Isa. liii, 9, 12. ⁹⁰ Isa. viii, 1. ⁹¹ Psal. lxxvii, 19.

propheta decretum irrevocabile, addit: « Adest A enim. » in hanc sententiam: Ne, quoniam futurum est, de re diffusum ito; nam mihi quidem Deus hoc ita declaravit, tanquam quod adest, id est, factum est. « Testes adhibe mihi viros fideles. » Testes hic, non qui rem adeo testarentur, sed qui testificati sanguinem effunderent, existima. « Uriam sacerdotem, et Zachariam filium Barachiz. » Zacharias, in presentia, non Elisabethæ maritus est credendus, sed alius Ezechizæ tempestate. Existit enim ante Ezechiam rex impius, Davidis stirpem propter inita cum eo divinitus promissa, delere studens: quo tempore Urias et Zacharias nati unum Davidicæ stirpis, quod semen Davidis separatas vellent, clam eum habuerunt. Quo post comperto, ille eos martyrum choro laureatos addidit. Historiam ex Regum libro accuratius cognosce ⁹⁹. « Et accessi ad prophetissam, et concepit, et peperit filium. » Quam appellat vero prophetissam? Virginem ac Deiparam, quæ cecinit: « Ecce enim ex hoc bestam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna, qui potens, et sanctum nomen ejus ¹⁰⁰. » Ecce autem certissimum vatem! Supra inquit: « Ecce virgo concipiet, et pariet filium, » paulo post ait: « et concepit, et peperit filium; » Quomodo? illic omnino ut futurum, hic ut certum. « Accessi ad prophetissam. » Hoc velut ab archangelo Gabriele ad Virginem dictum intellige; nam extemplo ad ejus nuntium explorata virginis conceptus fuerat secutus.

« Et dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus; » aut Christum, quod Judæis unctum notat; aut Emmanuel, quod perinde est, ac si dicas, *Nobiscum Deus*, aut Jesum, quod *Salus* redditur. Hæc enim nomina utramque Christi naturam repræsentant. Sed quæ sequuntur scrutemur: « Accelera spolia detrahare: Festina prædare. » Hoc pernecem Salvatoris vim declarat. Atque id verum esse, ipse adeo vates nodum dissolvens, ait: « Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, accipiet fortitudinem Damasci. » Videte prophetæ super puero accuratam diligentiam: siquidem non dixit, Priusquam sciret Christus, aut Jesus, aut Emmanuel, quæ utrumque notant; sed, « Puer; » nam secundum expertem temporis naturam, est Deus fortis, præpotens, Princeps pacis, Pater ævi futuri: secundum temporalem, natus ex Virgine Puer, Damasci opes, Samarizæque spolia recipiet ab Assyriæ rege. Quod comprobans vates, addit « Nobiscum Deus: » Scilicet supratemporalis, et omnipotens Deus; cum semper Virgine Maria, ac per eam nobiscum. « Quamobrem scitote gentes, et vicimini. » Gentes appellat, non quæ Christum adorant, atque venerantur, et Deum constantur ac concelebrant, quæ ex gentibus Ecclesia est, sed quæ in idolorum cultus scelere permanent. Nam eæ deimni profligandæ gentes

sunt, quæ Christi nomine non gloriantur. « Audite, universæ procul terræ. » Iis Verbi Dei ad inferos decensum, et evangelici præconii significat propagationem; ita enim et Servator meus in Evangelio loquitur: « Prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus: et tunc veniet consummatio ¹⁰¹. » — « Confortamini et vincimini. » Dæmones, inquit, qui in nos homines potestatem exercetis ob peccatum, profligabimini ejus viribus, qui pro nobis incarnatus est. Quod iterum victi configatis, ut estis impudentissimi; at iterum denique profligabimini, per Christi resurrectionem prostrati. Nam Christo in vitam restituto, non jam deinceps mors dominatur, et prostratæ dæmonum copiz sunt. Potest autem id quoque de sensibilibus gentibus sic accipi, quin et ad Christum referri, quem sæpe, ut hominem petita diabolus tandem Deum nactus, concidit.

Inite consilium quantumvis contra Christum: quantumvis enim avarum Judam aggressi, cum arrogantibus ac superbis scribis et legeconsultis, quantumvis cum Anna et Caïpha, scelestis pontificibus ac denique cum Herode et Pilato, effers stique inhumanis principibus conspiretis, consilium vestrum Dominus Deus dissolvat, id est, frustrabitur, et impotentes ac invalidos vos ostendet. « Consilium dissipabitur: loquimini verbum, et non fiet. » Id quale sit, scire aventes, Matthæus publicanus docebit, cujus est sacro Evangelio hæc sunt verba: C « Altera autem die, quæ est post Parasceven, convenerunt principes sacerdotum, et Pharisei ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli ejus, et furentur eum, et dicant plebi: Surrexit a mortuis: et erit novissimus error peior priore ¹⁰². » Hoc igitur consilium et decretum Deus dissolvat. Siquidem « Nobiscum Deus. » Nobiscum Deus est ab Abrahamo per prophetas, usque ad Cæsaris Augusti censum; nobiscum est in assumpta carne conversans, usque ad descensum ac regressum ex inferis: nobiscum usque ad sæculorum finem, atque in omnem perpetuitatem. Hoc enim significat ter a propheta usurpatum: « Nobiscum. » Scitote gentes, quod nobiscum Deus est: « Audite, universæ procul terræ, quia nobiscum Deus est; loquimini verbum, et non fiet, quia Nobiscum Deus. »

Quid agimus? hæccine disputata hactenus de Dei Filii incarnatione satis sunt, an plura quoque vultis disseram? Enimvero neque ego plura addere possim, nec vos accipere. Quin adderem plura, si disputationi addictos cernerem. Sed quoniam orationis satietas inimica est, non dicentibus, sed auditoribus, sufficere, opinor, quæ diximus: « Ne ultra Gades, » quod aiunt, trajicere conemur. Igitur ad alia est transeundum.

⁹⁹ II Par. I. xiv; et IV Reg. xi. ¹⁰⁰ Luc. I, 48, 49. ¹⁰¹ Matth. xxiv, 26. ¹⁰² Matth. xvii, 26, 63.

CAPUT XXXVII.

Deum hominem fieri voluisse, et de stirpe Davidis.

JUD. Descenderit sane cœlitus Dei Filius, et incarnari sustinerit; unde autem constat, ex Abrahami et Davidis semine hominem fieri voluisse?

CHRIST. Ex Josephi genealogia.

JUD. Et quamobrem Virgo recensita non est, sed Josephus? Nam si secundum humanam naturam ex Virgine Christus est, ex Josepho autem nullo modo (qui quidem sponsus, non maritus fuerit), cur illius potius descriptum genus est? Igitur si ex Davidica tribu Virginem nobis demonstras, hunc ipsum verum esse Christum admittimus, et Virginem Deiparam fatemur. Davidis enim ex Dei persona de ea hæc sunt verba: « Omnis gloria ejus filiae regis ab intus ⁹⁶. » Et post pauca: « Adducenitur regi virgines post eam, proximæ ejus offerrentur tibi ⁹⁷. » Sin ex Josephi duntaxat genealogia, tum Davide ortum non admittimus.

CHRIST. Alunt sapientes, « simplicem esse veritatis orationem. » Itaque si avelis vos quoque certum cognoscere, simplicem veritatem admittite. Nam vitiligatori studium est per omnem vitam dissidere, inimicitias amplecti. At veri studiosus, tanquam lanceam, conscientiam suam his quæ dicuntur, adhibens æquam (32), non omnia improbe gestit vincere ⁹⁸. sed est ubi et vinci facile patitur. Igitur erat apud vos, quod perspicue scitis, lex, suæ quemque tribus atque generis spondam capere, qua re ex archivis vestris usque ad præsentem Christum genealogia suppeditat. Nam ni id sit, qui poterant evangelistæ, Matthæus quidem ab Abrahamo per quadragesimum alterum genus, ad Christum devenire ⁹⁹; Lucas autem a Christo, qui alter est Adamus, ad primum evadens, septimum et septuagesimum sine fraude exsequi ¹⁰⁰? Quare et Josephum, Davidicæ tribus, quod ipsi testemini, sui generis atque tribus uxorem cepisse, est necesse. Sed ecquid, si fortasse Virginis genus minus accurate habeam cognitum, ex eo veritatem cavillemini, contraque Deiparam sententiam dicatis? Enimvero ut perspectum non haberem, omnino haberet, cui cuncta novit, neque ob meam ignorance[m] Virginis *desperixim* (ut ita dicatur) frustra esset. Nihil prorsus. Nec enim propter cæcutientes Sol non oritur, aut propter cæcos visu præditi lumine destituentur.

CAPUT XXXVIII.

Mariam ortam e stirpe Davidis, probatur ex genealogia Judæorum.

Quin editam Davidis genere atque stirpe Virginem dabo, neque id vero ex nostratibus scriptis ac decretis, sed Judaico quodam libro, in quem Orestiadæ incidi apud Judæum Eliam, legisperitum

A cognomine. Is in Virginem debacchatus, sic habebat: « Quid tantopere Mariam extollunt Christiani, Cherubinis angustio[re]m, Seraphinis sine comparatione dignio[re]m, cœlis sublimio[re]m, solaribus radiis purio[re]m appellantes? Siquidem semina est Davidicæ gentis, Anna matre, Joachimo parente nata, qui Pantheri fuit filius. Panther et Melchi fratres, filii Levi stirpis Matthan, cui David pater ex tribu Juda. » Igitur defuncto Matthan Jacobi patre, Melchi Matthanis uxore, Jacobi matre vidua ducta, ex ea Elim sustulit, Ita erant Jacob et Eli uterini, non germani fratres. Eli anno quinto et quadragesimo sine liberis extincto, Jacob uxorem Eli (jam defuncti) lege dedit, semen fratri excitavit, qui ex ea filium Josephum genuit, prolem natura sibi quæsitam, lege Eli. Fuere igitur Panther et Melchi fratres, Levi filii (ut ostensum est auctoribus Hebræis) affines Joachimi: ut Maria Joachimi fuerit filia, Josepho collocata secundum duos stirpes, Matthanis atque Salomonis, paterno genere Davidis, materno Jacobi consobrini, patris Joachim affinis.

Habebat idem liber et Josephi genealogiam, ei geminam, quæ in sacro Matthæi Evangelio descripta est. Cæterum atebat, habuisse Josephum filios quatuor ex uxore Salome, Jacobum, Simonem, Judam et Josen; filias tres, Esther, Thamar et Salome, quæ Zebedæo conjux, Jacobum et evangelistam Joannem edidit. Erat autem Josephi uxor Aggæi filia, fratris Zachariæ sacerdotis, patri Joannis Baptistæ. Zacharias et Aggæus Barachie filii, Abia sacerdote nati. Porro erat id temporis Joseph viduus: ut fuerint Salome et Joannes Baptista fratrum filii, et huic Aggæus, illi Zacharias patruus. Salomen dico non obstetricem Virginis Mariæ, sed Josephi fabri uxorem. Nam obstetrix illa consobrina erat Elisabethæ atque Virginis, ut ostendit sacrum Lucæ Evangelium. Erant enim tres sorores Bethleemenses ex Cleopatras et Sosipatri regno, ante Herodis Antipatri regnum. Primæ nomen Maria, alteri Sobe, tertiæ Anna. Earum prima in Bethleem nupta Salomen obstetricem peperit. Altera et ipsa in Bethleem, Elisabetham; tertia in Galilæa genuit Virginem Mariam, quam D et Deiparam Christiani vocant: ut sint Salome, et Elisabetha, et Virgo, trium sororum filia. Ita is liber genealogiam Virginis explicatam continebat, qui et aliorum quorundam Judæorum genus declarabat, qui, nihil interest, ut nunc dicantur.

JUD. Sane venturum Christum et nos speramus; venisse haud dum credimus; siquidem nondum adventus Israelitarum Christi regis tempus est.

CHRIST. Non recte vos Scripturas animadvertere et sæpe dixi, et nihil mirum, quando et Isaias de vobis est locutus in hanc sententiam: « Au-

⁹⁶ Psal. XLIV, 14. ⁹⁷ Ibid. 15. ⁹⁸ Matth. 1, 4. ⁹⁹ Luc. III, 23..

(32) Nazianz. in Julianum 42, 47.

divi vocem Domini dicentis : Vade, et dices populo huic : Audite audientes, et nolite intelligere : et videte visionem, et nolite cognoscere. Incrassatum est cor populi hujus, et auribus suis graviter audiunt, et oculos claudunt, ne forte videant oculis, et auribus suis audiant, et corde suo intelligant, et convertantur et sanem eos¹. »

Cæterum propheta de venturo Christo, non eo quem vos expectatis errone, non Deo, sed Antichristo, aperte prædixisse, audite in hæc verba loquentes. Venit Christus, in quem qui credit, regnabit cum eo ; qui non credit, Hierosolyma profugabitur ; non illa infera, sed supra ac cælesti.

CAPUT XXXIX.

Danielis prophetia de Christi adventu.

Sed placet, ut hanc vestram expectationem falsam vincamus, rursum vaticinia scripta evolvere. Igitur audite in primis Danielis, quæ sic habent. Danielelem, cum obitus etiam jejuniis, pro populo supplicaret Deo, angelus Gabriel allocutus est : « Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam, ut consummetur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio, et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum². » Qui Christus est, perennis justitia, hominibus noxas omnes condonans, et visa atque vaticinia obsignans, id est, concludens. Nam post ejus adventum non jam porro est unus propheta. Vates enim cuncti usque ad Joannem Baptistam vaticinati sunt. Jam parens quoque vester Israel ait : « Non deficiet princeps ex Juda, et dux de femore ejus, donec venerit, quod constitutum est ; et ipse erit exspatiatio gentium³. » Et sane postquam Christus ille gentibus expectatus prodit, deseruit vos et regnum et pontificium ; quæ (duo mania quodammodo ipsa) sunt princeps et dux. Quod si, ut confirmatis, nondum venit Christus, mendax sit Moses ille, qui et mundi exædificationem conscripsit, et futura prædixit : mendax parens vester Israel, et Daniel propheta, ac præ illis Gabriel archangelus. O torporum atque cæcitatem ! mihi vero religio

est, eorum quemdam mentitum dicere : qui enim possunt ipsissimæ sapientiæ atque veritatis, Christi, præcones aut falsum aliquid dicere, aut omnino verbum futile profundere ?

Sed vultis et tempus cognoscere ? Ergo audite archangelum Gabrielem, cujus ad Danielelem (33) hæc responsum est : « Scito ergo et animadvertite : ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ erunt ; » qui com-

A positi, annos reddunt quadringentos tres et octoginta : Et revertetur : « Et rursum ædificabitur platea et muri in angustia temporis. Et post hebdomades sexaginta duæ occidetur Christus⁴ ; » jure et æquo destitutus, urbemque et sacrum una cum principe delebit.

Est autem sententia talis : Anno a condito Salomonis templo et urbe, quadringentesimo octogesimo tertio, Salvator mundi Christus nascetur ad salvandum genus hominum, diabolique fraudes profligandas. Atque id verum esse, vos adeo, si velitis, testemini. Nam, regnante Aristobulo, Judæorum principe, Romani et sacram urbem corrumpere, et Israelitarum gentem una cum principe Aristobulo et liberis, mancipio cepere. Ex quo B tempore vaticinium omne, et regnum, atque pontificium pessum iit, Herode extraneo Israelitis ab Romanis rege imposito, et augusta veste amicto.

CAPUT XL.

Judæorum calamitates ob perfidiam irrogatæ.

Quin Jeremias quoque multis ante sæculis, tanquam succenturiatus testimonium dicit : non urbem modo, et templum atque sacerdotes, sed omnes omnino oppidanos, mulieres et infantes hæc nœnia lamentatus : « Quomodo sedet sola civitas plena populo⁵ ? » Recogitans Jeremias promissum Abrahamo editum, Solymorumque vastitatem propiciens, angoribus oppletus et imminens excidium deplorans, ait : « Quomodo sedet sola civitas plena populo ? facta est quasi vidua domina gentium⁶ ? » Ubi propheta angustiarum plenæ futuræ captivitatis causam post exponit, Dei ad Oseam sententiæ recordatus : « Vade, sume tibi uxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationum : quia fornicans fornicabitur Judæorum Synagoga ; itaque « ipsa non uxor mea : et ego non vir ejus ero⁷. » — « Princeps provinciarum facta est sub tributo⁸. » Pontificio pridem et regno aucta, nunc passim tributaria est omnium nationum dominis. « Plorans ploravit in nocte ; » nam quæ rejecto intelligibili justitiæ Sole, ab ea luce præceptis, in ignorantia tenebris sedet, cur ni ploratum edat per noctem ? « Et lacrymæ ejus in maxillis ejus. » His verbis Unigeniti baptismum propheta significat ; quia enim erat Christi gens ictura, merito manant ei quoque per genas lacrymæ. « Non est qui consoletur eam ex omnibus claris ejus⁹. » Non est, inquit, qui pro ea deprecetur : non Moses, qui a Deo stipulatus sit : « Aut dimitte eis hanc noxam ; aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti¹⁰. » Non David clamans : « Ego sum qui peccavi ; isti qui oves sunt, quid fecerunt ? veritatur, obsecro, manus tua contra me, et contra domum patris mei¹¹. » Sed eveniunt illa

¹ Isa. vi, 9, 10. ² Dan. ix, 24. ³ Gen. xlix, 10. ⁴ Dan. ix, 25, 26. ⁵ Thren. i, 1. ⁶ ibid. ⁷ Osce i, 2 ; ii, 2. ⁸ Thren. i, 1. ⁹ ibid. ii. ¹⁰ Exod. xxxii, 12. ¹¹ II Reg. xxiv, 17.

(33) De Danielis hebdomadibus Benedictus Pererius et Genebrardus in Chronologia.

Jeremiæ, ex Dei persona confirmantis : « Si steterit Moses et Samuel coram me ¹², » ut ante deprecatores, non exaudiam eos. « Viæ Sion lugent eo quod non sint, qui veniant ad solemnitatem ¹³. » Macti verbis esto David atque Jeremia; nam ille exsiliî Babylonici providus, ex captivorum præcinit persona : « Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion. In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra. Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum. Et qui abduxerunt nos : Hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena ¹⁴? » respondebant, qui fortasse reditum sperarent. At Jeremias regni interitum, et pontifici abrogationem sentiens, Judæorum reditu Sionem desperato, et tanquam claudicante, mœstus : « Lugere, ait, vias Hierosolymæ. » Cur? quod essent nulli, qui itineribus ad solemnia convenirent. « Omnes portæ ejus destructæ ¹⁵. » Quia enim Synagoga ducentes ad pietatem portas, quæ intelligentia informantur, sibi præclusit, ut inquit Isaias, oculos suos excæcavit, et cor suum dementavit : « Ne forte videat oculis, et auribus audivit, et corde suo intelligat, et convertatur, et sanem eam ¹⁶. » Propterea non clausæ adeo sunt portæ, sed vastitati cesserunt.

« Sacerdotes ejus gementes; » merito qui unigenitum Dei Filium contristarint, ut in Evangelio confirmat : « Tristis est anima mea usque ad mortem ¹⁷, » et hinc gemunt, et æternum gement. « Virgines ejus squalidæ, et ipsa oppressa amaritudine. » Quamobrem, propheta? quamobrem? quia vere Virginem ac Reginam non sunt assectatæ. « Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt ¹⁸. » Nam quandiu a Deo amabatur, regno atque imperio aucta, populos sibi subjicere ac diris obligare. Itaque scribit Dei parens David : « Pone principes eorum sicut Oreb, et Zeb, et Zebee, et Salmana : omnes principes eorum qui dicunt : Hæreditate possideamus sanctuarium Dei ¹⁹. » At ubi odium cepit, atque ab insigni vafritie ad impietatem porro, quasi quadam tempestate est extrusa, tum vero sacrarium profanari, urbs diripi, templum a fundamentis overti, aut potius pro derelicto haberi. Hæc qui patrarunt, iis cum bene est, tum ad majores fortunas ac regnum extolluntur. Quod, explanans Propheta, ait : « Quia Dominus humiliavit eam propter multitudinem impietatum ejus ²⁰. » Nam cum Synagoga Doum veneraretur, Mosen quoque alloquebatur Deus : « Et scient Ægyptii, quia ego sum Dominus, et non est alius præter me ²¹. » Cædes vero prophetarum atque scelera Deus complexus memoria, eam

A afflixit, ut « parvuli ejus ducti sint in captivitatem ante faciem tribulantis. » Quia enim in Christum debacchata, infantes Bethleemiticos contrucidarat, erunt hi quoque captivi.

« Et egressus est a filia Sion omnis decor ejus, » quæ veram majestatem, et præ hominum natis forma insignem aversata, exsulem in Ægyptum amandarit. « Facti sunt principes ejus velut arietes non invenientes pascua; » nam cum nollent Christi ovibus et pecoribus accensi a vero pastore ad perennes herbas educi, et cœlesti mulso tanquam aqua irrigui, in æternis domiciliis stabulari, « Ideo principes ejus velut arietes non invenientes pascua abierunt : et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequenti ²². » Dei ad Judæos edicti memor vates, triste illud accinebat : « Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequenti, » quippe ait in Levitico Deus : « Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, si speraveritis leges meas, et judicia mea contempseritis, ut non faciatis ea quæ a me constituta sunt, et ad irritum perducatis pactum meum : ego quoque hæc faciam vobis : Visitabo vos velociter in cgestate. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus devorabitur. Ponam faciem meam contra vos et corruetis coram hostibus vestris, et subjiciamini his qui oderunt vos. Fugietis nemine persequente : et conteram superbiam duritiæ vestræ. Daboque vobis cælum desuper sicut ferrum; et terram æneam. Consumetur incassum labor vester, non proferat terra germen, nec arbores poma præbebunt. Immittamque in vos bestias agri, quæ consumant vos et pecora vestra, et ad paucitatem cuncta redigant; evaginabo post vos gladium, eritque terra deserta, et civitates vestræ dirutæ. Quia vos ambulastis contra me : et ego incedam adversus vos in furore contrario. Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est ²³. »

CAPUT XLI.

Christo mors illata, peccatorum maximum.

Supra jam dixerat, eam divinitus propter tot scelera afflictam, nunc addit : « Peccatum peccavit ²⁴. » Illic quippe Israelitarum ex intervallo idololatrias et vaticidia, hic Christi necem significat, quare subjungit : « O vos omnes qui transitis per viam, » scilicet virtutis, « attendite, et videte, si est dolor, sicut dolor meus : quoniam vindemavit me, ut locus est Dominus in me (34) ²⁵. » Ut condolentes se intueri jubet, quasi seipsam accusans, velut in extremum scelus prolapsam. Quæ est enim patrarum ante scelerum ad Christi necem comparatio? omnino nulla. Hoc malorum teterrimum, hoc supremum vulnus est. Quare humiliavit me « Dominus in die iræ furoris sui de excelso »

¹² Jerem. xv, 1. ¹³ Thren. 1, 4. ¹⁴ Psal. cxxxvi, 1, 2. ¹⁵ Thren. 1, 4. ¹⁶ Isa. vi, 10; Matth. xiii, 14, 15. ¹⁷ Matth. xxvi, 28. ¹⁸ Thren. 1, 5. ¹⁹ Psal. lxxxii, 12, 13. ²⁰ Thren. 1, 5. ²¹ Exod. vii, 5; Deut. xxxii, 39. ²² Thren. 1, 6. ²³ Levit. xxvi, 14-33. ²⁴ Thren. 1, 8. ²⁵ ibid. 12.

(34) Id est, qui et olim sua voce, et post per divinos Vates Judæos allocutus sit, uti existimo.

suo. Vide.e ut Christi occisio malorum omnium A maximum sit. Equidem et alias, inquit, sæpe in Deum commisi, sed malorum colophon hoc est, quo meo facinore irritatus, et incandescentis Deus, me e sublimi proculcavit. « Misit ignem in ossibus meis, et induxit illum super me. » Non solum finitima, ut sæpe, sed me adeo totam ambussit. « Expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum. » Rete hoc Titi copias designat, qui verriculi instar omnes irretierit. Nam etsi ignis flammam nonnulli evaserunt, at militum mucrone oppetiere. « Posuit me desolatam, tota die mœrore confectam ²². » Totos dies ævum omne hic intellige. « Desolatam, » seu ad nihilum redactam, ob imperium; « mœrore confectam, » ob servitutem. « Vigilavit super iniquitates meas, in manibus suis comprehendit me. » Ipsum admonui, inquit, mœrorum ante facinorum, ideo circumquaque copiis cincta fui. « Aggravavit jugum suum super collum meum, » id est, servitutis jugo domuit me. « Infirmata est virtus mea, dedit Dominus in manibus meis dolores, quos non potero perferre ²³. » Traditos in manuum dolores, servitutis ærumnas vocat. « Oculus meus deduxit aquas. » Lacrymosum est enim quidquid servitum ducitur. « Quia longe factus est a me consolator ²⁴. » Nam mellitissimum meum solamen a me rejeci atque amandavi. « Sacerdotes mei et senes in urbe consumpti sunt. » Quamobrem, vates. « Quia quæsierunt cibum sibi, ut refocillarent animam suam ²⁵, » et non invenerunt. Delicatus, ac luxu perditus Israelites, solemnem cibum vestigat. « Conturbatus est venter meus, subversum est cor meum in memetipso ²⁶. » Turbant, inquit, intestina optato cibo defraudata, et animus mutans in priore statu manet. Quæ rerum calamitas istam vocem exprimit. « Omnes mihi in inimicitiam facti sunt. » Non enim inimici modo, sed amici quoque infensi me oppugnant. Exacerbans exacerbavi spiritum Dei: « Omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti. » Excidii mei lapso tempore, ii qui moliebantur me evertere, triumphant (35), audientes a tuo numine repulsam me et dejectam imperio. « Adduxisti diem, et vocasti tempus. » Adducta, inquit, Synagoga Deo, hilari die, Unigeniti tui adventu; postquam eam volentes rejecimus, diem vindicem, citasti. « Et factæ sunt domus in me ²⁷. » Me quasi domo quadam comparata, adeo ac perinde miseræ sunt me amplexæ, ut continens domus ea, quæ continentur. Ac fortasse et tale aliquid sit intelligendum. Quoniam Deus in Synagogam diem vindicem citavit: « Sepulcra eorum domus illorum in æternum erunt ²⁸, ut ait David, et: « Repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquita-

tum ²⁹. » — « Quomodo obtexit caligine in furor suo Dominus filiam Sion? » Incendio extincta est, est enim quasi caligare, incendio extingui. « Projecti de cælo in terram inclytam Israel; ³⁰ » e divinis manibus amissa, ac pro nihilo habita est gloria Judæorum. « Oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem et Sabbatum. » Nam quia medenti Sabbatis Opifici Synagoga succensuit, abrogata sunt festa omnia atque Sabbata. « Et in opprobrium et indignationem furoris sui regem et sacerdotem ³¹. » Quos hic memorat? nempe Herodem et Caipham, qui quidem gloriosum Deum exacerbant: qua re offensus regnum atque sacerdotium repudiavit. Nam qui ei repudio bilem movissent, destitit ipsi quoque in plura vitia præcipites ire; passi quiddam instar Pharaonis: « Induravitque Dominus cor Pharaonis, » ait Scriptura ³²; etenim cum minime flecteretur, merito obfirmatus est.

« Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ ³³. » Ne triumphatote, Judæi, ait vates, ob sacerdotil dignitatem: propter vos enim snum sibi altare ac sacrarium amolitus projecit, quorum oblata pro diris haberet: « Luxit antemurale, et murus pariter dissipatus est. Defixæ sunt in terra portæ ejus: perdidit et contrivit vectes ejus: regem ejus et principes ejus in gentibus: non est lex, et prophetæ ejus non invenerunt visionem a Domino. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiarum Sion: consperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abjecerunt in terram ³⁴, » primarias virgines in Jerusalem. Prioris suæ servitutis (scilicet in Ægypto) ac miseræ, Deique opulantis oblitata gens Judæa, nunc pontificii regno ac celebritate se jactabat; nunc propugnaculis, et urbis munimentis, nunc principum potentia, legis præsidio, prophetarum visionibus, sacerdotum cælibatu; interdum superbiebat quoque et pontificio amictu: eorum, quam mox propheta interitum prospiciens, omnia complexus, condolentissime sane ac mœstissime calamitatem exsequitur et amplificat: « Defecerunt præ lacrymis, oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra decus meum. » Quorsum hæc vates, quorsum? « Super contritione filiarum populi mei, cum deficeret parvulus et lactens in plateis oppidi... Virgines meæ, et juvenes mei abierunt in captivitatem, ceciderunt in gladio; interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es. Vocasti quasi ad diem solemnem, qui terrent me de circuitu ³⁵. » Nihil parcens, inquit propheta ex Synagogæ persona ad Deum, me cocci instar divisisti, evocata ad me undique accolarum turba, luctuoso meis die tanquam sole. « Et non fuit in die furoris Domini qui effugeret, et relinquere- tur ³⁶. » Usque eo divinæ iræ exinanita fæx est, ut

²² Thren. 1, 13. ²³ ibid. 14. ²⁴ ibid. 15. ²⁵ ibid. 19. ²⁶ ibid. 20. ²⁷ ibid. 21. ²⁸ Psal. xlviii, 12. ²⁹ P. al. lxxiii, 20. ³⁰ Thren. 11, 4. ³¹ ibid. 6. ³² Exod. ix, passim. ³³ Thren. 11, 7. ³⁴ ibid. 8-10. ³⁵ ibid. 11, 21, 22. ³⁶ ibid. 22.

(35) Romani Hierosolymam obsidentes, ut arbitror.

eo incandescente salvus et superstes esset nemo, sed interiectioni omnes darentur. « Tetendit arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam⁴¹. » Dei arcum, vindicem Numinis potentiam appellat, qua adeo multata est Synagoga, ut quasi scopum, id est, signum, jaculari et petere volentibus statuerit. « Misit in renibus meis filias pharetræ suæ⁴². » Davidis quidem ad Deum hæc sententia est : « Uro renes meos, et cor meum : quoniam misericordia tua ante oculos meus est : et complacui in veritate tua⁴³. » Accrude mea erga te studia, quæ per renes innuit, ut idem alibi sese explicat : « Domine, ante te omne desiderium meum⁴⁴. » et rursum : « Lumbi mei impleti sunt illusionibus⁴⁵. » per hæc contraria desideria notans; misericordiam et veritatem vocans Dei Filium. At Synagoga cum se tali incendio uri non quæsierit, sed in monstrosas et absurdas cupiditates deflexerit, merito postea in renes pharetræ tela excepit, Dei veritate non delectata.

« Factus sum in derisum omni populo meo : canticum eorum tota die⁴⁶. » Gloria, inquit, pridem florens, nunc ludibrio sum, et cantilenis ac carminibus Deo decantatis, hominibus perennem cantilenam atque sannam præbeo. « Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio⁴⁷. » Quid ita, o Synagoga, o scelus, o flagitium? Quod unigenitum Dei Filium felle et aceto potasti, per quem « suxisti mel de petra, oleumque de saxo durissimo⁴⁸. » — « Et fregit ad numerum dentes meos⁴⁹. » Jure : siquidem impie lignum in panem ejus misisti⁵⁰. « Cibavit me cinere : et repulsa est a pace anima mea⁵¹. » Non injuria, quando fastidiebas illum, qui te paverat manna, et eum, qui vera est pax, lethaliter oderas. « Oblitus sum bonorum : et dixi : Periit victoria mea, et spes mea a Domino⁵². » Scilicet fructum capis dignum factis : tam enim removisti longe Dei misericordiam, ut non solum, quod fateris, oblita retro sis bonorum; sed nec spem quidem deinceps ullam teneas. « Oculi mei defecerunt cum vita mea super filias gentis meæ⁵³. » Filias gentis, hic vicinas urbes et finitimas propheta nominat. « Posuisti nos in medio populorum : aperuerunt super nos os suum omnes inimici⁵⁴. » Nam qui Dei Filium concilio stitissent, ii velut in corona quadam populosa diceris et capitis notationi per gentes atque populos prostituti sunt⁵⁵. Ac quemadmodum Christum maledictis consciderunt, ita in eos quoque hostium omnium os apertum est. « Venatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis⁵⁶. » Cur? quia irretire atque capere unigenitum Dei, cum Herodianis et Phariseis moliebantur. « Lapsa est in lacum vita mea, et posuerunt lapidem super me⁵⁷. » Gemina his sunt illa Davidis, Synagoga, inquit : « Lacum

Apernit, et effodit eum, et iacit in foream, quam fecit⁵⁸. » Sane Christo in inum barathrum conditio, impositoque sepulcro grandi saxo, eandem conditionem subiere; nisi quod illi hæc in Deum perpetrarunt, adhibitæque custodia saxum sigillo munierunt; hinc etiam quæ in eos decreta essent, Deus exsecutus, velut obsignavit. « Filii Sion inelyti, et amicti auro primo : quomodo reputati sunt in vasa testæ, opus manuum figuli⁵⁹? » Dei figmentum ut excellens et angustum, suspiciens propheta, miratur a Judæis corruptum, ex auro in testaceum commigrasse. Sed profecto omnes adeo terrestri natura constituti mortales, donec in robis divinam gratiam informamus et insculpiamus, longe supra aurum gemmasque pretiosas, ut cum Davide loquar⁶⁰, tum sumus, tum habemur. Cæterum ubi alio statu per peccatum demorbamur, non urceoli testacei, opus manuum figuli, sed quovis nihilo magis nihili, apparemus. « Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti : parvuli petierunt parem, et non erat, qui frangeret eis⁶¹. » Tantum est, inquit, Judææ crimen, ut legis coercionem superet. Nam in ea per Mosen ait Deus : « Unusquisque pro peccato suo morietur⁶². » hic inernectione damnat, ut jam lactentes quoque et infantes emoriantur. « Et major effecta est iniquitas filiarum populi mei, peccato Sodomorum, quæ subversa est⁶³. » subversione æterna. Illic enim quamvis ingens et horrendum scelus vertitur, at non accusantem quoque justum Lot Sodomitani peremere. Synagoga vero Unigenitum Dei, qui divini regni tanquam dux, ad cœlestem Hierosolimam se subduceret, scelerate in crucem egit, ac contrucidavit. Quare et majus est ejus, quam Sodomæ delictum, et supplicium triste ac perenne.

« Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame. » Facinus primum exsecutus propheta, supplicii diversitatem post adjunxit, pejus actum fame quam ferro enectis ostendens. « Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos⁶⁴. » Quas hic misericordes indicat? Quæ sceleris sensu accepto, Christi crucem flentes consequabantur : quas allocutus ait : « Filie Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent : Beate steriles, et ventres, qui non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt⁶⁵. » Horum verborum Christi misericordis memores illæ feminæ, similes, quantum potest, ipsi, suos coxere natos, et « facti sunt cibus earum⁶⁶. » Supplicium consolatione majus, nec deprecandæ minæ (ad se inquebant) : verax est promissor, adest tempus, ecce finis. « Complevit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ : et succendit ignem in Sion, et devoravit

⁴¹ Thren. iii, 12. ⁴² ibid. 15. ⁴³ Psal. xxv, 2, 3. ⁴⁴ Psal. xxxvii, 10. ⁴⁵ ibid. 8. ⁴⁶ Thren. iii, 14. ⁴⁷ ibid. 15. ⁴⁸ Deut. xxxii, 13. ⁴⁹ Thren. iii, 16. ⁵⁰ Jerem. xi, 19. ⁵¹ Thren. iii, 17. ⁵² ibid. 18. ⁵³ ibid. 51. ⁵⁴ ibid. 45, 46. ⁵⁵ Psal. xliii, 15. ⁵⁶ Thren. iii, 52. ⁵⁷ ibid. 53. ⁵⁸ Psal. vii, 16. ⁵⁹ Thren. iv, 2. ⁶⁰ Psal. xviii, 11. ⁶¹ Thren. iv, 4. ⁶² Deut. xxiv, 16; Ezech. xviii, 17. ⁶³ Thren. iv, 6. ⁶⁴ Thren. iv, 9, 10. ⁶⁵ Luc. xxiii, 28, 29. ⁶⁶ Thren. iv, 10.

fundamenta ejus⁶⁷. » Complevit, id est, omnia in A eos vaticinia complevit, inanita ira tanquam fœce, iacandescens; iguem incendit, qui Sionem a stirpe funditus absumpsit. « Reptaverunt adolescentes in plateis, polluti sunt in sanguine cum non possent⁶⁸. » Non erat, qui eos terra conderet, tumulus plateæ factæ, itaque cum vestimentis putruere. « Defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum, cum vana respectaremus⁶⁹. » Intermortua apud nos est propheta David vox illa : nullus qui cum fiducia dicat : « Deus, in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina⁷⁰. » — « Respeximus ad gentem quæ salvare non poterat⁷¹. » Quia enim Dei numen et auxilium rejecimus, ideo in non defensuram gentem intuebamur. « Facies sacerdotum non erubuerunt. » Dei, inquit, misericordiam sceleribus nostris exclusimus, quare nec sacerdotum vultus reveriti sunt hostes. « Neque senum miseri sunt, venati sunt parvulos nostros, ne irent in plateas nostras⁷². » Disparuerunt vestigia nostra, ergo defecit iniquitas tua, filia Sion, id est, debeta, amplius culpam non admittes. « Non addet Dominus ultra, ut transmigret. » Non revertetur, inquit, neque amplius relegabere. Atque id verum esse, probant sequentia : « Visitavit iniquitatem tuam, filia Edom; » non virga sane, ut ante persecutus, cum te castigans resonaret, sed occidioni mandans. « Discooperuit peccata tua⁷³, » id est, explevit omnem iram justam, tectis tuis sceleribus, ut aquæ vi et copia mare operitur.

Sed ne hoc argumentum, ad doctrinam et institutionem susceptum, materiam luctus et lamentationis reddamus, ad inclytam et divinam gratiæ (56) disciplinam orationi gubernacula spectamus. Igitur accidit Hierosolymæ vastitas anno ab orbe condito quinquies millesimo, quingentesimo tertio et sexagesimo : usque ad præsentem vero, sexies millesimum octingentesimum octavum et decimum : Judæi totis mille ducentis quinque et quinquaginta sine regno exulant. Jam mundi status et incolumitas, ut de vaticiniis accepimus, ab Opifice septem ætatibus descripta est. Quod et Salomon ait : « Da partem septem, necnon et octo⁷⁴, » octavam notans futuram illam et immortalem. Quibus decursis, existet fœda hominis lues, illex, et impostor, quem vos Christum atque regem perhibetis. Veniet autem, non ut mens Servator atque Deus, redemptor, ac salutis vindex humanæ; sed teter, et infaustus, calamitates, angorem, mala omnia, et miseras trahens. Nam adeo simulacrorum cultum non compeccet, aut ad Dei notitiam gentes adducet, ut contra et errorem publicare, et aptos Dei notitiæ omnes nactus, ab ea demovere sit conaturus, quemadmo-

dum in Evangelio meus Salvator Jesus confirmat : « Prædicabitur hoc Evangelium in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus : et tunc veniet consummatio⁷⁵. » Quin in vos quoque, qui ut beneficium, sed revera meram pestem, expectatis, multa atrocia edet, cum vix tandem respiscentes, nostratem Deum, verum Christum, supplices adoratum venietis, et per regenerationis lavacrum filiorum Dei adoptionem recipietis, ut et Isaias testatur : « Cum plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israel salvabitur⁷⁶. » Qua de causa veterator præceteris se crudelem vobis præbebit, qui non solum aliis omnibus odio sit, sed etiam vobis. Qui ut regem et beneficium venturum præstolati, damnata flagitiosa inhumanitate, illico resilietis, ad verum Christum, cui gloriam tribuatis, confluxuri. Neque vero alia gratia dirum hominis monstrum est venturum, nisi ob hominum delicta, quo eos vexet, et omne vitiorum genus invehat; cæterum annos duos cum dimidio ubi rerum potietur, exterminabitur. Ea quoque prophetarum doctrina est.

CAPUT XLII.

De Antichristi adventu.

Danielis quidem de eo hæc sunt verba : Veniet impostor et calumniator, « Et sanctos Altissimi conteret : et putabit quod possit mutare tempora et leges, et tradentur in manu ejus usque ad tempus, et tempora et dimidium temporis⁷⁷. » De vafritie autem illius loquitur Jeremias : « Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit : faciens divitias suas non cum iudicio : in dimidio dierum ejus relinquent eum, et in novissimis suis erit insipiens⁷⁸. » Item rursus : « Maledictus homo, qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum, et a Domino recedit cor ejus. Erit enim quasi myricæ in deserto, et non videbit cum venerit bonum; sed habitabit in siccitate in deserto, in terrâ salsuginis, et inhabitabili⁷⁹. » Et rursus : « In illo tempore dicetur populo huic et Jerusalem : Spiritus erroris in deserto; via filix populi mei, non ad purum, neque ad sanctum. Spiritus repletionis veniet mihi ab his. Ecce quasi nubes ascondet, et quasi tempestas currus ejus, velociores aquilla equi ejus : vox enim annuntiantis e Dan veniet⁸⁰. » Et alio loco : « A Dan auditus est fremitus equorum ejus, a voce hinnituum pugnatorum ejus commota est omnis terra : et venerunt et devoraverunt terram, et plenitudinem ejus : urbem et habitatores ejus⁸¹. » Querendum verum est, cur hic propheta hujus Dan, non semel, sed his meminit. Cur? Ex tribu Dan, et Judam, et Antichristum prodituros. Itaque de Juda hæc sunt Israelis verba : « Erit Dan serpens⁸². »

⁶⁷ Thren. iv 11. ⁶⁸ ibid. 14. ⁶⁹ ibid. 17. ⁷⁰ Psal. lxxix. 1. ⁷¹ Thren. iv. 17. ⁷² ibid. 16; 18. ⁷³ ibid. 22. ⁷⁴ Eccl. xi, 2. ⁷⁵ Matth. xxiv, 14. ⁷⁶ Isa. lxx, 20; Rom. xi, 25. ⁷⁷ Dan. vii, 25. ⁷⁸ Jerem. xvii, 11. ⁷⁹ ibid. 5, 6. ⁸⁰ Jerem. iv, 11, 12. ⁸¹ Jerem. viii, 16. ⁸² Gen. xliix, 17.

(76) Id est, evangelicæ doctrinæ; omne autem id tempus quod a Christo, qui Mosaicis ritibus succes-

sit, manat et decurrit, gratiæ tempus, ecclesiastici scriptores vocare solent.

De Antichristo scribit Jeremias : « Vox annuntians e-
tis e Dan veniet⁸². »

Jam de administris quoque Isaïæ est sententia :
« Qui paratis dæmoni mensam, et impletis fortunæ
portionem, omnes in inactione cadent⁸³. » Et rur-
sum : « Exacerbaverunt Spiritum sanctum; et con-
versus est eis in inimicitiam⁸⁴. » De interitu autem
hujus perducit, idem memoriæ prodidit : « In die
illa inducet Dominus gladium sanctum et magnum :
et extendens manum contra draconem, serpentem
tortuosum, occidet Dominus cetum qui est in
mari⁸⁵. » Et David de vero Christo : « Remini-
scentur et convertentur ad Dominum universi fines
terræ : et adorabunt in conspectu ejus universæ fami-
liæ gentium⁸⁶. » Videte ut nullum regnum usque
ad expectatum a vobis rabulæ adventum relinque-
tur, quin Christum verum Deum veneretur : « Quia
Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium.
Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues
terræ⁸⁷. » Pingues hic piorum mentes appellat;
quæ et volucres sunt (37), secundum legem, virtuti-
bus : quæ Christo supplices, ejus et sacrum corpus
epulata sunt, et sanguinem biberunt. « In con-
spectu ejus cadent omnes, qui descendunt in ter-
ram⁸⁸; animos in terram descendentes vocat, stu-
dio rerum, quæ materia continentur, delixos, qui
ante adventum quoque Christi, ac præsentiam, suo
quasi quodam præjudicio damnati multabuntur.
« Et anima mea illi vivet, et semen meum serviet
ipsi⁸⁹. » Cuiam? Genito ex utero ante luciferum
Dei Filio; qui ad extremum incarnatus est ex
Virgine : non, inquam, serviet anima mea illi diris
devoto impostori, quem mediò ejus tempore pru-
dentes relinquent, egregii facinoris præmium coro-
nas in caelo accepturi.

CAPUT XLIII.

De imaginum cultu.

His et similibus de causis, non idololatria, quod
existimatis, obeunda, sed pie imaginibus cultum
præstamus; est enim, inquit David, « Mirabilis
Deus in sanctis suis⁹⁰. » Et : « Qui oderunt te,
Domine, oderam, et super inimicos tuos tabesce-
bam⁹¹. » Nam ut Deo charos amplecti et colere par
est, ita infestos aversari et odisse. Ait quippe Idem
Propheta : « Mihi autem nimis honorificati sunt
amici tui, Deus⁹². »

CAPUT XLIV.

Exempla duo perfidiæ Judæorum in imaginem Christi.

Beryti (ea urbs est non procul ab illustri Antio-
chia) tale quoddam insolens miraculum contigit,
voluptatis terrorisque plenum, et quod referri me-
reatur.

Vir quidam Christianus, parentibus et avavis ab
stirpe religiosus, proxime Judæorum Synagogam
habebat, præcipuo tanquam patrimonio affectus,
descripta in tabula Dominica effigie Dei et Serva-
toris in vivificam crucem suffixi, quæ sub ædium
tecto sublimis pendebat. Inde cum aliquando mi-
grare opas haberet, exportata reliqua omni supel-
lectile, unicum illum divinum thesaurum effigiem
Servatoris, nescio unde, et quo modo, divina qui-
dem certe procuracione, oblitus reliquerat. Ita emi-
grante pio, extemplo innigrans Judæus, aliquot
post diebus mensa instructa opipara, congregum
Judæum ad convivium vocat. Quo præsentem, simul
ambo læti epulari : cumque epulantes per toros
discumberent, vocatus, ut mos est, familiaribus
oculis in tectum sublatus, amici domum curiosius
circumspectare; et acie in imaginem conjecta, eum
esse, quem majores in crucem egissent perspecto,
quanquam efferus jam, et in tericum mutatus,
sectis pene ac ruptis ilibus, tamen ne amico palam
fateret, iterum lætitiâ mentiri et fingere. Tandem
impotens sui, et ira victus, quod hactenus contine-
bat, aperire arcanum : vocare hominem, et divina
effigie digito ostensa, rogare cujus simulacrum
esset, an non Nazareni, an non Galilæi, an non a
majoribus cruci affixi? Itane vero? inquit, versi-
pellis, qui hoc loco sis, Christianam quoque religio-
nem colas? Ille inops consilii, ea quidem sic habere
fateri, cæterum Christianismi crimen sibi conscire
nullum; jam inde a proavis, ut ipse nosset, Judæum,
et Mosaicæ legi vel in lanienam addictum. Postquam
vero oratione non persuadet, ad preces denique
conversus obtestari, ne Synagogæ patefaceret, sed
sibi soli haberet. Pollicitus ergo, sed dolo et per-
jurio, abit inde, recta ad Synagogam properat, quæ
et cujusmodi qua viderit, qua dixerit, recenset. Illi
illis auditis, furibundi ad sedes e vestigio convolant.
Ubi quæ intellexerant, vera vident, homini, ut
Christiano scilicet, illudunt, et subsannatum cætu
exigunt, ac proscribunt. Porro autem, quæ in sacrum
ac divinam effigiem moliantur, quis sine lacrymis
narret? Dereptam in primis humi affigunt; tum
quibus exemplis majores vestri meam Jesum, iis-
demque ejus simulacrum accipiunt : insipienter
pugnos et alapas ingerunt, scurrantur, fel et ac-
tum propinant. Aderat spongia, nec deerat arundo.
Clavis manus pedesque affigunt (neque enim a cla-
vis abstinetur), spinis coronant, hasta e latere (heu
profligatam in extremis audaciam!) sanguinem et
aquam prollicit, quæ res Christo cultum ac celebri-
tatem paravit. Nam conspecto grandi et horrendo
miraculo, postquam scaturiginis periculo facto, ex-
plorata fidem res fecere, morbo omni atque ægritu-
dine curanda, et dæmonum turba procul arcenda,
in fugamque vertenda, toto animo, tota mente ad

⁸² Jerem. iv, 15. ⁸³ Isa. lxxv, 11. ⁸⁴ Isa. lxxiii, 30. ⁸⁵ Isa. xxvii, 1. ⁸⁶ Psal. xxi, 28. ⁸⁷ ibid. 29, 30.
⁸⁸ ibid. ⁸⁹ ibid. 31. ⁹⁰ Psal. lxxvii, 36. ⁹¹ Psal. xxxviii, 21. ⁹² ibid. 17.

(37) Alludit, opinor, ad Isai. lx, 8. Vide Nyssenum, *De virginitate*, cap. 18.

Christum mutati, quasi reformati, sacro baptis-
mo sunt affecti.

Talia sunt Domini Jesu Christi hominum aman-
tissimi, Unigeniti, Patris Verbi, majora cogitatione
atque verbis arcana : tantopere de figmento suo
solicitus, neminem vult perire, sed omnes ad veri
cognitionem venire. Atque hæc quidem Beryti.

Nefas vero sit alterum Constantinopoli, urbium
reginæ, miraculum silentio præterire, cum superiori
narratu nihilo sit deterius. In angusto et fama cele-
bri Dei Sapientiæ templo (si templum est nominan-
dum, ac non potius alterum in terra cælum) puteus
est, qui aliud nihil, quam quod est, puteus dicitur :
epistomidem ferens ejus, ad quem sapientiæ pro-
fundum, immortalitatis fons, providentiæ infinitum
pelagus, Samaritidem allocutus, aquam consulte
petebat, qui eam vellet ad Dei notitiæ vivam ac
saturientem aquam traducere, et quasi derivare.
Eo piorum multitudo confluebat, insitam in eo
sacram vim percipiendi; et simul qui supra orienta-
lem portam descriptam in tabula, et velut dedica-
tum pictoris manu Dominicum simulacrum venerari
contenderent, quo nomine magis etiam confluebant.
Judæus vero quidam, nescio quomodo, Deo certe id
agente, et ipse templum Ingressus, venerabundo
omni cœtu conspecto, invidia tactus, et quibus
natus, et qua opinione foret proderet stimulatur.
Quis adeo prodit quoque. Nam cæteris a puteo
discedentibus, solus occultum transitum rimatus,
postquam a scopo non aberravit, securitatem na-
ctus, irruit, et sanguinariis oculis, animo, inerte
igneum intuens, ignem spirans, sustento in tuam,
eternæ Rex, ignem cultro ferit. Unde insolenti
miraculo sanguinis rivo depluente, et percussor et
divinum solum cruentatur. Ille factum, ut oport-
tebat, non recogitans, sed contra magis perfurens,
detractam imaginem, infixo adhuc cultro, in puteum
demergit, ipse qua pedes serabant, inde aufugit,
latere properans, et putabat. Verum qui sapientis
sua ipsorum calliditate capit, hujus quoque cona-
tum palam fecit. Nam cum sanguine ex imagine
ruberet, planeque sanguinarius quidem ac vaser
ingeret neminem, egressus ab Ingentibus religio-
sis comprehensus, homicidii postulat. Negat
homicidium, Christicidam serio se profiteretur. Ejus
rei fama urbem omnem celeri ala permensa, vulgo
ad puteum concurrunt, ubi convenere, subducta e
puteo, adhuc sanguine manente, sacra imagine,
hymnos et carmina modulati, cum precibus et
lacrymis eodem quo ante, loco suspendunt. Judæus
facti pœnitens, pietatem perdoctus, ad Christumque
receptus, cum omni familia, sacro regenerationis
lavacrum afficitur.

Quid dicitis? hæccine satis sunt, an et pluribus
argumentis egetis?

Job. Pie imaginibus cultum præstari consuemur.

Vere enim, qui animo ad primogenium exemplar,
non ad tincturas ac colores intuentur, verum ante
sæcula et inaspectabilem Deum venerantur. Itaque
majores nostri cherubinibus ex auro nobili materie
conformatis, haud equidem aurum coluerunt, sed
cherubinos, quos ut sanctius sacrarium cingerent,
fixerunt. Ac de Imaginibus quidem præclare.

Quamobrem vero circumcissione repudiata, bapti-
zatos cum Deo societatem contrahere perhibetis?

CHRIST. De circumcissione multa locuti, et quo-
modo eam repudiemus demonstrato, non est quod
de eo rursus referamus. De baptismo vero agite
prolixius dissepemus.

CAPUT XLV.

*De baptismo Christianorum et ejus cum circumcissione
comparatio.*

Ostendi, quod vos quoque a me atque a veritate
suffragium tulistis, res Mosaicæ mei Servatoris
Christi figuras quasdam fuisse. Nam quemadmodum
præstans pictor, in primis inumbrat, tum crassiore
quadam tinctura ac coloribus expressam veri effi-
giem repræsentat; ad eum modum et naturæ rerum
omnis architectus Deus, per Mosem et legem velut
deformatis quæ sub gratiam caderent, per Jesum
Christum porro non tinctura ac coloribus, sed
evangelicis præceptis, spirans quoddam ac vivum
veri simulacrum dedicavit. Cæterum ut in Sina
nubes et voces atque tubæ Dei ad nos descensum
liquido designabant¹⁹; ita et alia olim plurima Ser-
vatoris mei procuratorem notabant. Ergo typos et
exempla cernite, unde ad veritatem ducamini. In
lege circumcissio²⁰, in gratia ablutio. Illic pelliculæ
segmentum, hic peccati depositio; illic circumcissio-
nis cultus, religiosum et irreligiosum palam faciens,
hic disciplinæ acies rectum a pravo dissecans. Illic
sine vitio agnus mactatus, hic cæsus sine peccato
Christus. Illic agni eruore postes unguuntur²¹, hic
sacrificati Christi Augusto sanguine actiones et
disciplina obsignantur, id est, quæ in actione, et
quæ in contemplatione posita virtus est, quibus
quasi quædam commissuræ post, Christianæ disci-
plinæ velut obligamur et componimur. Illic durus
Pharao Israelitas oppugnat; hic Christianos Sata-
nas, ille hominum osor atque zizaniorum sator.
Illic veterem Israelitam nubem ad terrestrem He-
rosolymam ductat, hic Servatoris caro novitium
Israelitam ad cælestem Sionem transmittit. Illic
ignea columna, hic divina ignea natura, scilicet
Spiritus. Illic Israelites mare Rubrum permensus,
Pharaoni tumulisterium aquam comparavit, ipse
interitum salvus effugit; hic Christi nomine censa
universitas per baptismum cum Christo sepulta,
immortalem vitam eo redituro consecuta est. Illic
aqua Mosis precibus, flante austro vehementissimo,
dextra ac sinistra in murum concrevit; hic Spiritus

¹⁹ Exod. xix, 17, 18. ²⁰ Gen. xvii, 12. ²¹ Exod. xii, 5, 22.

per aquam, vitiorum quasi quoddam mare Rubrum in siccum rededit, rupto peccatorum nostrorum ebriographo. Illic virga refluas undas coegit, hic in Calvaria defixa crux Adamum totum in priorem nobilitatem restituit : Israelites, nisi mari Rubro trajecto, angelorum pane vesci non poterat; nec vero Christi populus, sanguine et aqua viva potest frui, nisi peccatorum rubro tanquam aestu defunctus⁹⁷.

JUD. Cur ut nos circumcisionem uno semper nomine, æque et vos baptismum non vocatis, sed multis ac diversis?

CHRIST. Expedita solutio : illa per unum Mosen prodita est, hæc a Patre, Filio et Spiritu sancto. Præterea multis ac diversis ejus in nos officiis, multas quoque ac diversas nomenclaturas atque beneficia facimus.

CAPUT XLVI.

Quibus olim nominibus baptismum designatum.

Itaque (38) donum, lumen, baptismum, unguentum, regenerationis lavacrum, immortalitatis amictum, signum, breviter quidquid augustum est, nominamus, vocibus e prophetarum oraculis desumptis. Donum in primis, ut Isaias clamat : « Omnes sitiientes, venite ad aquas : et qui non habetis argentum, properate, emite absque argento et pretio⁹⁸. » Lumen, ut de eo David prædicat : « Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo⁹⁹? » Et rursus : « Dominus illuminat faciem prudentis¹⁰⁰. » Prudentem omnino appellans, qui vim sacri baptismatis calleat. Baptisma vero dicitur, ut in quo peccata tumulentur, quemadmodum mari Rubro Pharaonem infixit atque obruit Moses. Lavacrum ex hac Isaiæ sententia : « Lavamini, mundi estote¹⁰¹. » Unguentum quod cælestis Hierosolymæ, divinique regni hæredes hoc inuncti agnoscantur. Ita enim et Elisæo (39) vati ait Deus : « Unges Elisæum prophetam præ te¹⁰². » Immortalitatis amictum vocamus ex eo Psalms regii edicto : « Dominus regnavit, decorem indutus est¹⁰³. » Tum autem ut ostendat æque amictos et Christi hæredes, addit : « Etenim firmavit orbem terræ, scilicet hoc regio amictu, qui non commovebitur¹⁰⁴. » Signum, ut domini notam, quemadmodum de eo David proficitur : « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine, dedisti lætitiā in corde meo¹⁰⁵. » Quibus verbis sacræ tinctionis vim declarat : Non enim, inquit, solum tuo nomine nos signasti et illustrasti, sed enim animum meum voluptate affectisti : id est, omnem signatum noxæ veniā dignatus es. Idem alio Psalmo : « Dixi : Constituebor adversum me injustitiam meam Domino : et tu remisisti impietatem peccati mei¹⁰⁶. » Hoc dicens : Quod si quis vel post

A baptismum delinquat, ne desperet, siquidem ignoscetur ei animi scelus, vitiosum, inquam, cogitatum, et consceleratio, per confessionem.

Sed audiamus quid Isaias dicat : « Faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus super montem istum, induent lætitiā, unguentur unguento, bibent vinum¹⁰⁷; » gaudii amictum baptismum innuens; unguentum, illud sacrum quo baptizati inunguntur; vinum, Dominicum sanguinem. Et rursus : « Abluet Dominus sordem filiorum et filiarum¹⁰⁸. » Et iterum : « Erit inaquosa in paludes, et in sitiēte terra erit fons aquæ¹⁰⁹; » inaquosa et siticulosa, gentium populum appellat; fontem vero, sacrum baptismum, ut apparet ex sequentibus : « Et erit ibi via munda, et via sancta vocabitur¹¹⁰. » Quæ hæc est via? Evangelica disciplina. Jam per eum ait Deus : « Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, et non recordabor. Tu vero memento, et iudicemur simul¹¹¹. » Et iterum : « Dabo aquam in situ illi qui ambulat in inaquosa : et inponam Spiritum meum super semē tuum, et benedictiones meas super filios tuos¹¹². » Et iterum : « Miserebitur illorum miseretur illorum, et per fontes aquarum ducet illos¹¹³. » Quod si Judæorum quidam dicit : Mara et fontibus in Elim¹¹⁴, hæc prophetam dicere existimant, falli se sciant : neque enim ea tempestate, sed multo post Isaias fuit : nec qui de præteritis dicit, propheta habendus est, sed qui de futuris, quare de baptismum quod præagierit, ostendit, quod ait : « Ducet, non autem, duxit.

C Ad eundem modum et Michæas : « Quis, Deus, similis tui, qui auferis iniquitatem, et transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Revertetur et miserebitur nostri : deponet iniquitates et projiciet in profundum maris¹¹⁵. » Joelis vero de baptismum hæc sunt verba : « In illa die stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte : et per omnes rivus Juda ibunt aqua : et fons de domo Domini egredietur¹¹⁶. » Quis hic est fons Dei templo prodens? Omnino in Ecclesia sacra piscina, qua tinctus omnis Christianus cœtus in adoptionem recreatur, cælestis gloriæ regniq̄ue Christi hæredes designati. Et de eodem baptismum scribit David : « Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit : Dominus super aquas multas¹¹⁷. » Et rursus : « Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me¹¹⁸. » Et paulo post : « Asperges me hyssopo, et mandabor : lavabis me, et super nivem dealbabor¹¹⁹. » Quin per Ezechielem quoque Deus confirmat : « Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris¹²⁰. »

⁹⁷ Exod. i. xvi. ⁹⁸ Isa. lv. 4. ⁹⁹ Psal. xxvi. 1. ¹⁰⁰ Psal. cxlv. 8. ¹⁰¹ Isa. i. 16. ¹⁰² III Reg. xix. 16. ¹⁰³ Psal. xcii. 1. ¹⁰⁴ Ibid. ¹⁰⁵ Psal. xxxi. 5. ¹⁰⁶ Psal. iv. 7. ¹⁰⁷ Isa. xxv. 6. ¹⁰⁸ Isa. iv. 4. ¹⁰⁹ Isa. xxxv. 7. ¹¹⁰ Ibid. 8. ¹¹¹ Isa. xlvi. 25. ¹¹² Isa. xliv. 3. ¹¹³ Isa. xl. 10. ¹¹⁴ Exod. xv. 25, 21. ¹¹⁵ Mich. vii. 18, 19. ¹¹⁶ Joel. iii. 18. ¹¹⁷ Psal. xxviii. 3. ¹¹⁸ Psal. l. 4. ¹¹⁹ Ibid. 9. ¹²⁰ Ezech. xxxvi. 25.

(38) Nazianz. vide in S. Baptisma.

(39) Imo Elias.

Jam vero in Mara²² aqua amara, peccatum amarum notabat, regenerationis lavacro ac pœnitentia in dulcedinem vertendum. Porro autem duodecim fontes in Elim²³, duodecim apostolorum doctrinæ aquam designabant, itidemque reliquorum septuaginta palmæ. Cæterum arcæ per Jordanem trajectio a Judæis facta, sacri baptismi vim ostendit: nam per sacerdotes aqua et spiritu recreati, æque et nos peccatum, ut Jesus filius Nave Jerichontem, everimus ac despiciamus, id enim significat, quod ait propheta: « Quæ autem descendebat, descendit in mare Araba, mare salis, donec in finem defecit²⁴; » id est, violatæ olim legis peccatum ad immensum Dei humanitatis pelagus dilapsum, demanavit, donec tandem extinctum est. Sacerdotes vero in Jordane resistentes, pedibus extrema aqua tinctis, significant, opinor, a peccato abesse neminem. Quod autem Jordanem Elias melote somel, Elisæus bis traiecit²⁵, trinæ in sacra ablutione demersionis in nomen SS. Trinitatis vires et efficaciam prænotabat, qua mortale ac caducum incorruptam immortalitatem induit. Neque vero aliud velle mihi videtur Naaman, septies in Jordane abluî jussus²⁶, quam conandum, ut in hac tanquam septimana vita, peccatis omnibus abstersis, per septem Spiritus dona SS. Trinitati, et tres animæ potentias, et elementorum corporis quaternionem offeras integra, obliterata priore velut lepra. Quin Jacob, parens vester, baculo Jordanem non ipse tantum, omnisque ejus familia transit; sed oves quoque, ac boves, ut ostenderet, non solum a Deo electos, sed etiam qui bruta et amentia scelera patrarent, purgatos, Christi coheredes effectum iri. Hierichuntinæ quoque steriles aquæ, sale ab Elisæo secundatæ²⁷, priorem Ecclesiæ sterilitatem monstrabant, quæ habenda deinde Christo fide centuplo plures liberos, quam synagogæ marito est post enixa (40). Verum ut spertius de his statuamus, vaticinii verba ex libris Regum perséquamur. Sic enim habent.

CAPUT XLVII

Eliæ cum Christo comparatio.

« Dixit Elias ad populum: Accedite ad me. Et accessit omnis populus ad eum²⁸. » Sane Elias hæc obita functione, cœdro quasi quodam terræ-moto, ignea quadriga in cœlum subvectus est; at contra ac mirabilis opifex ille cœli, inclinatis benigne cœlis degressus, et vehiculi cujusdam instar, natura suscepta, studiosè omnes ad se attrahere gestit. Itaque: « Venite, inquit, ad me, omnes qui laboratis, et oerati estis; et ego reficiam vos²⁹. » — « Et tulit duodecim lapides juxta numerum tribuum filiorum Jacob. » Elias duodecim saxa, uni-

A genitus Dei Filius duodecim apostolos: « Ad quem factus est sermo Domini, dicens: Israel erit nomen tuum³⁰. » Ille quidem audivit se mentem fore, quæ Deum esset visura; hic Deus est, quem cœlestes omnes mentes adorent et collaudent. Et: « Edificavit lapides, et curavit altare dirutum. » Ille dirutum Dei altare instaurat; hic signum suum lacerum per doctrinam apostolorum componit. « Fecitque aquæ ductum quasi per duas aratiunculas. » Illic scrobs una, quæ duo sata seminis caperet, hic in una persona duæ naturæ, divina et humana simul exstiterunt: « In circuitu altaris³¹; » aram hic Calvaria locum, in quo augusta crux deſixa est, intellige. « Et composuit ligna super altare quod fecit³². » Ligna, seu assulas e ligno sciaso vocat hominum noxas, quas Dominus noster cruci affixus in se recepit, et qui ignis quidam esset divinus, exussit, ut ait propheta: « Languores nostros ipse tulit³³. » — « Divisitque per membra bovem, et posuit super ligna. » Id est, vitalem in cruce mortem sustinet. « Et ait: Implete quatuor hydrias aqua, et fundite super holocaustum, et super ligna³⁴. » Duas amphoras gratiam, quæ per aquam et Spiritum præstetur, significat, quemadmodum meus Salvator atque Deus confirmat³⁵, qui ex aqua et Spiritu natus non sit, non posse ad divinum regnum intrare. « Rursumque dixit: Etiam secundo facite. Qui cum fecissent secundo, ait: Etiam tertio id ipsum facite. Feceruntque tertio³⁶. » Hoc divinitatis tergemina majestatem ostendit, uti rursus meus Jesus discipulis præcepit, irent doctum omnes gentes, eosque baptizarent in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti³⁷. » Et currebant aquæ circum altare; et fossa aquæ ductus repleta est³⁸. » Nam repletus est orbis terrarum Dei regno atque gloria. Et exclamavit Elias in cœlum, et dixit: « Domine Deus Abraham, et Isaac, et Israel, exaudi me, Domine³⁹. » Hæc Elias. At Unigenitus Dei oculis in cœlum sublatis, clamavit: « Pater, quod dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi ante constitutionem mundi: ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me⁴⁰. »

« Exaudi me hodie in igne, et discat populus iste omnis, quia tu solus Dominus Deus Israel⁴¹. » Elias, qui homo erat, exhibendo igne exauditus, Deum, qui ignis quidam est, hominem fieri precatur: ille vero qui et Deus et ignis, homo fieri assumpta mea carne voluit, ut ab æterno igne liberaret: « Et ego servus tuus⁴². » Vere de se Elias: quod ad sublimem sensum si trahatur, nimum

²² Exod. xv, 25. ²³ Ibid. 27. ²⁴ Josue iii, 16. ²⁵ IV Reg. ii, 8, 14. ²⁶ IV Reg. v, 10. ²⁷ IV Reg. ii, 24. ²⁸ III Reg. xviii, 30. ²⁹ Matth. xi, 28. ³⁰ III Reg. xviii, 31 seqq. ³¹ Ibid. 32. ³² III Reg. xviii, 34. ³³ Isa. lxxxv, 4. ³⁴ III Reg. xviii, 34. ³⁵ Joan. iii, 5. ³⁶ III Reg. xviii, 34. ³⁷ Matth. xxviii, 18-20. ³⁸ III Reg. xviii, 35. ³⁹ Ibid. 36. ⁴⁰ Joan. xvii, 24-26. ⁴¹ III Reg. xviii, 36.

(40) Vide Isaia: liv, 1.

audax sit. Nam etsi quidam non dubitarunt, atque ausi adeo sunt confirmare ex Christi persona dictum, scilicet: « Quia ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ ⁴¹: in mente illud habentes: « Pater major me est ⁴², » at multo plus interest discriminis inter dominium et servitutem, quam causam et causatum. Quare silendum potius, ac considerandum est, quam curiosius, nec citra periculum agendum. « Et propter te hæc omnia feci ⁴³. » Propter te, inquit, in crucem sum suffixus: « Ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. » Et rursum: « Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam ⁴⁴. » — « Et tu convertisti cor populi hujus post te ⁴⁵. » Judæorum cæcitatem et perveraciam notat, quemadmodum et in cruce ait Dominus: « Pater, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt ⁴⁶. — « Et cecidit ignis a Domino de cælo ⁴⁷. » Videtis humanitatis Christi absolutionem? Cælitus delapsus ignis divinitatis descensum monstrat, uti quidam inter nostros magni nominis inquit: « Deus nos'er ignis est; et quidem ignis consumens ⁴⁸ » flagitia. « Et devoravit holocausta, et ligna, et aquam affusam, et aquam in mari: et lapides, et terram linxit ignis. » Hoc peccatorum interneccionem atque obliationem designat. « Et cecidit omnis populus in faciem suam, et dixit: Vere Dominus Deus ipse est Deus ⁴⁹. » Nam obita vitali morte, centurio et ei astantes, Dominum nostrum Jesum Christum vere Dei Filium dixerunt. Nec illi solum, sed apostoli quoque post supplicium facti confirmatores. Siquidem ait dilectus: « Neque enim fratres ejus credebant in eum ⁵⁰. » Quin orbis adeo terrarum multo magis Unigeniti præconium tum lætitia suscepit, ut de eo proluxe testatur Isaias: « Ambulabunt in ea (scilicet Hierosolyma) redempti a Domino (pretio sanguine), et convertentur et venient in Sion ⁵¹. » Id est, ab erronea superstitione, læti atque ovantes ad Christum venient, per ejus resurrectionem constabiliti. « Et lætitia sempiterna super caput eorum. » Gaudebunt, inquit, super agnitione sui capitis, qui Christus est: « Gaudium et lætitiã obtinebunt: » id est, læti atque exultandi assertorem suum prædicabunt. « Et fugiet dolor et gemitus ⁵². » Dolorem nullum atque gemitum in iis reliquum fore confirmat, quorum super capite gaudium perenne sit. Nec vero otiose dixit: « super caput, » sed ut gaudium omnium gaudiorum eminentissimum declararet. Quod addit: « Lætitia sempiterna, » id eo pertinet, ne id gaudium, baptismi, inquam, gratiam caducam ac temporariam crederes, sed perenne ac sempiternum. Nam ut prior Adamus violanda lege temporalem nobis mortem conciliavit; ita et Christus, qui alter est Adamus, sine vitio corporatus, perennem atque incorruptam immortalitatem contulit. Ac velut se-

cundum corpus nascentes terrestres imaginem tulimus; sic per baptismum recreati, cælestis imaginem induimus: « Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis ⁵³. »

Atque hæc satis esse de baptismo existimo. Quod si enim ex his veritatem non percepistis, nec si plura addamus quidem, percipietis. Id adeo Dominus significans, de vobis confirmat: « Si Mosem et prophetas non audiant, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent ⁵⁴. » Itaque et nos disputationem de baptismo terminemus.

JUD. Equid vero prohibet Christo fidem habere, cumque verum Deum, et Dei Filium, ejusdem cum Patre naturæ, confiteri, atque interius Mosaicam quoque legem tueri ac retinere; ut in omnibus utrumque servem et amplectar, futurus duorum bonorum censor? Omnino nullam ea res nobis reprehensionem innret, neque dicturus est quisquam, quod bonum est, id bonum non esse.

CHRIST. Sane enim perbene est, si non duorum modo, sed etiam plurium bonorum consortem te præstes. Sed nec utriusque notitiam capere poteris, nec sanctorum quisquam id permittit, aut ipse in primis Christus cujus hæc sententia est: « Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contemnet ⁵⁵. » Præterea bonum hæc tunc bonum est, si alteri bono non sit fraudi, atque ad potioris dissolutionem comparatum. Sin contra faciat, poterit id quidem fortasse nonnullis bonum videri, functio certe nequaquam bona est. Nam et philosophus quidam bonum censet non esse bonum, si eo bene non fungere. Jam vero ut non omnis dissensio pessima, sed interdum adeo optima est: ita non omnis concordia optima, quin et plerumque nocentissima est. Sed ut ejus sententiæ vim apertius ostendam, tentabo rem exemplis declarare.

CAPUT XLVIII.

Legis Christi cum Mose comparatio.

Tres leges SS. Trinitatis majestas prodidit: naturalem, scriptam et spiritalem. Earum naturalis instar est domestici ignis. Nam cum prius in posteriorum duarum ignoratione homines degerent, naturali lege, quasi quodam domestico igne, aliquantisper collustrabantur. Deinde edita scripta est, quæ umbra quædam atque exemplum esset spiritalis, lunæ comparata luminis. Cælestis autem illa et spiritalis, atque a vero justitiæ Sole profecta, super solem effulsit, et hominum mentes quadam tanquam luce atque jubare perfudit, ad viamque veritatis deduxit. Igitur bonus est et domesticus in tenebris apparens ignis, sed melior lunæ; solis vero

⁴¹ Psal. cxv, 16. ⁴² Joan. xiv, 28. ⁴³ III Reg. xviii, 56. ⁴⁴ Joan. xvii, 5, 4. ⁴⁵ III Reg. xviii, 37. ⁴⁶ Luc. xxiii, 34. ⁴⁷ III Reg. xviii, 38. ⁴⁸ Deut. iv, 24. ⁴⁹ III Reg. xviii, 38, 39. ⁵⁰ Joan. vii, 5. ⁵¹ Isa. xxxv, 9. ⁵² Ibid. 10. ⁵³ Galat. iii, 27. ⁵⁴ Luc. xvi, 31. ⁵⁵ Matth. vi, 14.

multis partibus elarior, quippe utrumque obfuscans; A cæterum ille justitiæ Solis vel ipsum solem exstinguit. Nec injuria, siquidem opus omne cedit opifici. Ac quemadmodum (41) meridie constanti, splendide collucente sole, domestici ignis usus non est; sic prætequam justitiæ Sol illuxit, et gratiæ veritas est detecta, tum naturalis, tum scripta lex abrogatæ. Ad eundem modum legale Pascha, ut theologus quidam nostras ait, exempli exemplum erat obscurius. Jam Paulus, mei Christi os, Benjaminensi tribu ortus, aliquatenus nos videre, et aliquatenus vaticinari docet⁶⁶⁻⁶⁷; at cum successerit perfectum, tum aliquatenus hoc deletum iri. Quare ut perfectæ illius nostræ restorationis umbra ac effigies est, quiddam in medio positum est, ita sane in vecta in orbem terrarum spiritali lege, nulla alia porro opus habemus. Neque vero vel tantillum spiritalis a scripta discrepat, quin potius confirmat ac restituit; id quod testatur et meus Jesus, in hæc verba: « Nolite putare, quoniam veni solvere legem, aut prophetas; non veni solvere, sed adimplere⁶⁸. » Atque ut explicatius videatis, ipsis verbis veritatem statnamus. Ergo et habet lex: « Audi Israel: Dominus Deus tuus, Dominus unus est. Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua et ex tota mente tua⁶⁹. » Et rursus: « Diliges proximum tuum sicut teipsum⁷⁰. » Eadem (42) sane Dominus et in sancti Lucae Evangelio. Neque hæc solum, sed addit: « In his quibus mandatis universa lex pendet et propheta⁷¹. » Illa antiqua dicit: Non occides; Christiana etiam genas volentibus ferire porrigit. Illa: « Non mœchaberis; » hæc: « Ne concupisces quidem. » Illa: « Non furaberis⁷²; » hæc litigare, et tunicam auferre volenti, etiam togam permittit. Illa: Non concupisces aliena; hæc: Etiam juste parta dimittes; illa: Non pejerabis; spiritalis: Nec parvum nec magnum jurabis; ceu juramento perjurium creante.

His ac similibus de causis ait Salvator: « Non veni solvere legem, aut prophetas, sed adimplere⁶⁸. » Id est, tueri, constabilire, firmare. Atque hæc quo exploratius ac disertius tradamus, prophetarum sententias in medium proferamus.

CAPUT XLIX.

Prophetiæ de Judicæ legis abrogatione, seu correctione.

Moses Deuteronomio: « Quando ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abominaciones Hilarum gentium, Sed prophetam suscitabit tibi Dominus sicut me, ipsum audies in omnibus⁷³. » Jeremias: « Ecce

dies venient, dicit Dominus: et seriam domui Juda fœdus novum: non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti: pactum quod irritum fecerunt. Et ego neglexi eos, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod seriam cum domo Israel: Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, et in cordo eorum scribam eam: et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non memorabor amplius⁷⁴. » Et per Ezechielem Deus: « Recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ: et suscitabo tibi pactum sempiternum⁷⁵. » Et rursus: « Non factabitur deinceps hoc proverbium: Me scelera parentum infillos et abnepotes persequi, sed qui unam eduxit acerbam, eorum dentes stupebuunt⁷⁶. » Et Isaias: « Vetera fluxerunt; nova quoque ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam⁷⁷. » Hæc elocutus propheta subjicit: « Cantate Domino canticum novum⁷⁸. » Quoniam enim vetera fluxerunt; et quæ obscure olim figurata sunt, nunc liquido sunt perfecta. « Cantate Domino canticum novum. » Idem porro: « Principatus ejus glorificatur supra, nomenque ejus glorificant a summitate terræ: qui descendunt in mare, et navigant illud, et insolent multæ⁷⁹. » Sane Christi nova lex et sursum in coelis, et in terra prædicatur. Nam in Servatoris ortu angeli cum pastoribus laudantes canebant: « Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis⁸⁰. » Isaias vero iterum: « Veniet de Sion liberator, et revertetur ab impietate Jacob. Et hoc erit eis a me testamentum, cum eorum noxas sustulero⁸¹. » Jeremias ei sententiæ: « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinventit omnem viam disciplinæ⁸², » et quæ sequuntur; addit: « Hic liber mandatorum Dei, et lex quæ est in æternum. Omnes, qui tenent eam, pervenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, D in mortem⁸³. »

JUD. Quod si scripta lex, quemadmodum perhibetis, bona non est, quamobrem dixit Moses? « Custodite leges meas, atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis⁸⁴. »

CHRIST. Imo vero bona est et naturalis, et scripta lex, ut prædiximus; sed justitiæ Sole exorto, hæc extinctæ caligaverunt. Ob id enim non dixit Moses: Custodite legem vos hanc perennem, sed

⁶⁶⁻⁶⁷ I Cor. xiii, 9, 10. ⁶⁸ Matth. v, 17. ⁶⁹ Dent. vi, 4. ⁷⁰ Levit. xix, 18. ⁷¹ Matth. xxiii, 39, 40. ⁷² Exod. xx, 14-16; Matth. v, 27, 28. ⁷³ Matth. v, 17. ⁷⁴ Dent. xviii, 9, 15. ⁷⁵ Jerem. xxxi, 31, seqq. ⁷⁶ Ezech. xviii, 3, 20. ⁷⁷ Ezech. xvi, 60. ⁷⁸ Isa. xlii, 9. ⁷⁹ Ibid. 10. ⁸⁰ Ibid. 11, 12. ⁸¹ Luc ii, 14. ⁸² Isa. lix, 20. ⁸³ Baruch. iii, 36, 37. ⁸⁴ Baruch. iv, 1. ⁸⁵ Levit. i, 5.

(41) Nazianz. in S. Pascha.

(42) Nazianz. ibid. 257.

temporariam scilicet conservatote, et per eam A
vivetis. Cæterum temporariam conservandam fuisse,
ocent quæ sequuntur: « Prophetam suscitabo eis
de medio fratrum tuorum similem tui: et ponam
verba in ore ejus, loqueturque ad eos omnia, quæ
præcepero illi, qui autem verba ejus, quæ loquetur
in nomine meo, audire noluerit, ego ultor ex-
sistam⁷⁵. » Quibus verbis etsi e vestris plerique
Jesus filium Nave intelligi credunt, frustra opi-
nantur. Neque enim aliam legem filius Nave edidit.
Sed nimirum legis abrogationem, Christianique con-
donationem Moses edixit, cum ait: « Prophetam
suscitabit Dominus, sicut me, » id est, aliam le-
gislatorem, Dei et hominum sequestrum: « Ipsam
audies⁷⁶ » in omnibus.

CAPUT L.

De evangelica lege vaticinia.

Videtis quemadmodum Moses quoque legis ab-
rogationem detexit? nam ni abroganda erat lex,
neque opus erat alius legislator, et dixisset Moses:
Hæc immota in æternum lex futura est, quemad-
modum de spiritali, id est, evangelica Jeremias
predixit: « Hic liber mandatorum Dei, et lex quæ
est in æternum. » Idemque de eadem: « Ecce
dies veniunt, dicit Dominus: et suscitabo David
germen justum: et regnabit Rex justus in æter-
num⁷⁷. » Malachias: « Orietur vobis timentibus
nomen meum Sol justitiæ⁷⁸. » Isaias: « Ecce Deus
noster judicium retribuet⁷⁹. » Et rursus: « Au-
feret Dominus Deus lacrymam ab omni facie, et
opprobrium populi sui auferet de universa terra. »

Igitur orto justitiæ Sole, non jam porro legis
præceptis indigemus. Quare et bona est sacra
lex, atque prophetæ, et instar luminis sunt, ut jam
diximus. Nam Dei Verbum, et Spiritus sanctus per
prophetas loquebatur. Sed his præsiidiis homines
justitiæ viam reperire nequiverunt. Ut enim stellæ
atque luna nec splendorem habent luciferi, nec tota
nocte lucent, sed nunc apparent, nunc teguntur;
cæterum sole exorto in tenebris manet nemo, nisi qui
caliget ac cæcuet, ita et cæcus, qui Christi nomine
censetur, divinam nactus lucem, cum justitiæ Sole
assidue consuescit, nec quisquam in Dei ignora-
tionis tenebris versatur, qui non voluntarie se ab-
jungat.

CAPUT LI.

*Caput primum Isaiæ eleganter in Juæos retorquetur
et explanatur.*

am abrogari quoque legem divino Numini visum
Isaias declarat, dicens: « Visio Isaiæ, filii Amos,
quam vidit super Judam et Jerusalem in diebus
Oziæ, Joathan, Achaz et Ezechiæ regum Juda⁸⁰. »
Piorum regum propheta meminit, ostendens non ob
legalem aliquam noxam, sed Christi cædem divini-
tus pœnam irrogandam: nam si propter scelera,

implis regnantibus editum vaticinium oportebat. Id
adeo verum esse ex sequentibus apparet.

« Audite, cœli, et auribus percipe, terra. » Fabri-
cam Deus testatus invocat, si quidem erat ingens
et inauditum crimen Judæis objecturus: « Quoniam
Dominus locutus est: Filios enutrivit et exaltavi;
ipsi autem spreverunt me⁸¹, » his edictis, et defe-
ctionem subjungit: « Cognovit bos possessorem
suum, et asinus præsepe domini sui: Israel autem
me non cognovit, et populus meus non intellexit⁸², »
sed brutis bestiis stupidiores sunt atque bar-
diores. « Væ genti peccatrici, populo gravi iniqui-
tate, semini nequam, filiiis scleratis, » dignum
impietate et insolentia probrum vates adhibuit.
« Dereliquistis Dominum, scilicet Patrem, et ad
B iracundiam concitastis sanctum Israel⁸³; » Unige-
nitum ejus Filium irritastis: irritatione vero signi-
ficat incontaminati corporis supplicium. Quid am-
plius addatis? non habent, quod in Christum
gravius designent.

« Omne caput languidum, et omne cor mœrens⁸⁴. »
Hoc David olim propheta est interpretatus in hanc
sententiam: « Converteretur dolor eorum in caput
eorum, et in verticem ipsorum iniquitas eorum de-
scendet⁸⁵; » quasi diceret: Quidquid moliamini,
in vestri capitis perniciem cedet, vestraque injusti-
tia in vestrum ipsorum verticem revolvetur. « Non
est in eis neque vulnus, neque livor. Non est ma-
lagma imponere, neque oleum, neque ligaturas⁸⁶. »
C Totum corpus, inquit, plaga est, ac proinde incur-
rahile. Quamobrem, o propheta? Quod Filium
meum, quem delegi animo meo charissimum, pere-
merunt. Itaque videte et divinum supplicium e ve-
stigio consequens: « Terra vestra deserta, civi-
tates vestræ succensæ igni: regionem vestram
coram vobis alieni devorant, et desolabitur sicut in
vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion ut um-
braculum in vinea, et sicut tugurium in cucuue-
rario, et sicut civitas quæ vastatur. Et nisi Dominus
exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma
fuissimus, et quasi Gomorrha similes essemus⁸⁷. »
At quamvis Deus Israelitis semen reliquum fecit,
tamen quin ab Sodomæis ac Gomorrhæis damne-
tur, non effugient. Atque ei sententiæ consonum est
D illud mei Servatoris, ad Bethsaidam: « Remissius
erit Sodomis et Gomorrhis, quam tibi⁸⁸. » Idque ve-
rum esse e vaticinis oraculis fiet manifestum; addit
enim: « Audite verbum Domini, principes Sodomor-
um, percipite auribus legem Dei nostri, populus
Gomorrhæ. Quo mihi multitudinem victimarum ve-
strarum, dicit Dominus? Sanguinem taurorum et
hircorum nolo; neque veniat, ut appareatis
mibi⁸⁹. » Videtis, Judæam omnem Sodomæ ac Go-
morrhæ nominibus infelicitat. Ubi enim Sodomæ ac
Gomorrhæ Deo hostiis ac libaminibus fiebat? « Quis
quæsitivus hæc de manibus vestris⁹⁰? » Quasi dicat:

⁷⁵ Deut. xviii, 18. ⁷⁶ Deut. xvii, 15. ⁷⁷ Jerem. xxiii, 5. ⁷⁸ Malach. iv, 2; Isa. lxxx, 4. ⁷⁹ Isa. xlv, 8.
⁸⁰ Isa. i, 1. ⁸¹ ibid. 2. ⁸² ibid. 3. ⁸³ ibid. 4. ⁸⁴ ibid. 5. ⁸⁵ Psal. vii, 17. ⁸⁶ Isa. i, 6. ⁸⁷ ibid. 7-9.
⁸⁸ Matth. xi, 24. ⁸⁹ Isa. i, 10, 11. ⁹⁰ ibid. 12.

Nemo est qui sacrificium vel ad hanc abrogationem A concitet, vel me instiget. « Calcarea atrium meum non apponetis : quoniam scelerate id inscenditis. Si offeratis simillam, vanum, incensum abominatio est mihi ¹¹. » Ecce qui legem nuper sanxerat Deus, Idem nunc ejus abrogationem præfinit. Nam incensum, quod ad jucundum odorem admovebatur, non solum jaanis suffitus Deo deputatur, sed etiam tale, a quo abhorreat : « Neomeniam, et Sabbatam, et festivitates alias non feram. » Quandoquidem in memm pari natura Filium bacchabimini, eam ob rem horum interitum deamio, ea abhinc porro non probaturus. « Jejunium, et oilum, et serias vestras odit anima mea ¹². » Quid ita vates? quod unigenæ Dei Filii ingressum in Hierosolymam super pabulo sedentis execrati oderunt, in quo potius festo gaudere divinitus sunt edocti : propheta enim inquit : « Exsulta satis, filia Sion, júbila, filia Jerusalem. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, ascendens super asinam, et super pullum filium asinæ ¹³. »

« Facti estis mihi in satietatem ¹⁴. » Ut enim superfluous in corpore cibus, ubi satietas cepit, per vomitum e stomacho in terram ejicitur; ita equidem vos, quandoquidem in satietatem mihi facti estis, de meis manibus projiciemini. « Nequaquam ultra dimittam peccata vestra. Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis : et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam : manus enim vestras sanguine plene sunt ¹⁵. » Frustra posthac jejunia, et Sabbata, atque Pascha obitis, non solum propter vatum, sed audacissimam quoque amantissimi charissimique Filii necem. Itaque salutis via superest nulla, neque in lege quidquam præsidii; sed si illius olim felicitatis hæredes fieri vultis : « Lavamini, mundi estote, auferete malum cogitationum vestrarum ab oculis meis ¹⁶. » Nec legislatorem me, legis tegumento colere in animam inducite. « Discite bene facere, » qui jam inde a Mose hactenus bene fecistis nunquam. « Querite judicium ¹⁷. » Ne, ut ingeniis estis sanguinaris, quæ in prophetas, ea in charissimum animo meo Filium designatote, sed Israelis, vestri parentis, verborum mementote : « Simon et Levi fratres, consummaverunt iniquitatem : in consilium eorum non veniat anima mea : et in congregatione eorum non contendant viscera mea, quia in furore suo interfecerunt homines (scilicet prophetas) : et in cupiditate sua subnervaverunt taurum ¹⁸, (Deum et hominem Jesum). Idemque convocatis satis filiis Jacob ait : « Congregamini; » non quo de sceleribus vos coarguam, sed, « ut annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis ¹⁹. » Ac recensitis, quæ in Christum ausi sunt Judæi, addit : « Lavabit in vino stolam suam, et in san-

guine uvæ pallium suum ²⁰, « id est, corpus per necem in pabulo, atque per sanguinem. Igitur perfectum est ad extremum Israelis vaticinium. Per quos? Per pontifices atque sacerdotes, quorum illi a Simeonia, hi ab Levitica tribu originem trahebant. Qui demum et prophetas, homines scilicet, interfecerunt, et Christum velut taurum enervarunt; il est, corpus assumptum illi: quidem morti demiserunt. Verum « Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus a vino ²¹; » cujus regnum, secundum Jeremiam, nulla memoria labefactabitur.

Jus. Qui vero non ait : « Consummabunt iniquitatem, » sed : « Consummaverunt? »

CAUSI. Dixit' vobis, erasse in litteris semper defixos, nunquam in mentem penetrare? Scilicet cum prophetas, quæ eventura essent, non ut futura, sed velut præsentia carnerent, de futuris perinde ac si gererentur, prænuntiabant. Ita etiam de Juda dixit : « Catulus leonis Juda : ex germine, Ali mi, ascendisti ²²; et : « Non ascendes ²³, « futura tanquam præsentia prævidens.

Sed jucundissimum Israelis vaticinium nescio quo modo ad hanc disputationem nos abstraxit ; quare Isaiam repetamus : « Subvenite oppresso ²⁴; » qui a discipulo proditus, nec scelus admisit, nec in ejus ore inventus est dolus. Atque id Moses quoque vos prædocuit, siquidem clamat : « Maledictus qui accipit munera, ut percatat animam sanguinis innocentis ²⁵. » — « Judicate popullo, » qui in terra patrem non habuit. « Defendite viduam ²⁶. » Uxorem creditam Josephi sponsi. « Et venite, disputemus, dicit Dominus. » Atqui in secundo adventu Christi disputatio non est. Quid igitur est, et disputemus? Sua quemque conscientia prodatur, et qui præclare currit, antrosum contendat; qui peccavit, emendationem poenitentia ostendat. His enim perfectis : « Si fuerint peccata vestra ut coecinum, quasi nix dealbabitur : et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt ²⁷. » Perinde ac diceret : Quod si (43) punicei estis peccato, minusque sanguinolenti, ut nix albescite; sin ostro similes, et sanguine pleni, vel lanæ candorem prævertite. Item de novo fœdere. « Hæc dicit Dominus : Servientibus mihi vocabitur nomen novam, cui benedicetur super terram ²⁸; » benedicent enim Deum verum; et qui jurant super terram, jurabunt Deum verum; obliviscuntur enim tribulationis prioris (nimirum idolorum venerationis). Et quis porro Supremo obgannat? De gentibus vero hæc ejusdem est sententia : « Aperite portas, et ingrediatur gens justa, custodiens veritatem ²⁹, » apprehendens justitiam, amans pacem, quoniam speravit in te, Domine.

Ceterum odiasse Deum post Christi adventum,

¹¹ Isa. i, 13. ¹² ibid. 14. ¹³ Zach. ix, 9; Matth. xxi, 5. ¹⁴ Isa. i, 14. ¹⁵ ibid. 15. ¹⁶ ibid. 16. ¹⁷ ibid. 17. ¹⁸ Gen. xlix, 5, 6. ¹⁹ ibid. 11. ²⁰ ibid. 14. ²¹ Psal. lxxvii, 65. ²² Gen. xlix, 9. ²³ ibid. 4. ²⁴ Isa. i, 17. ²⁵ Deut. xx, 25. ²⁶ Isa. i, 17. ²⁷ ibid. 18. ²⁸ Isa. lxxv, 15, 16. ²⁹ Isa. xxvi, 2.

Sabbatis ac Judaicis ritibus addictos, ipse testatur per Malachiam : « Non est mihi voluntas in vobis, (filiis Israel) dicit Dominus exercituum : et mœnus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda; quia magnum est nomen meum in gentibus ¹¹. » Vivo ego, dicit Dominus omnipotens.

CAPUT LII.

De gentium conversione et Judæorum perveracia, prophetiæ.

Quare cum Domino Deo omnipotenti execrabiles sint Judaicæ fibationes atque sacrificia, apud quas gentes ab ortu solis ad occasum Deus celebratur, a quibusque huic nomini suffitus affertur? Nimirum a nobis Christianis. De refractariis vero et incircumcisis Judæis, volentibus etiam post Christi adventum ritus atque Sabbata tueri, audite quid idem Isaias scribat : « Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plaustrum peccatum. Qui dicitis : Festinet, et cito veniat opus ejus, ut videamus : et appropiet, et veniat consilium sancti Israel, et sciemus illud. Væ qui dicitis malum bonum, et bonum malum : ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras : ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum ¹². » Idem rursus : « Captivus populus meus factus est : eo quod ipsi non cognoverunt Dominum ¹³. » Non dixit, quod « me » non agnoverit; sed quod « Dominum » non agnoverit, id est, Unigenitum Dei. Et iterum : « Radix eorum quasi lanugo erit : et germen eorum quasi pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, et eloquium sancti Israel blasphemaverunt ¹⁴. »

Videtur ut partim Patris, partim Filii iram propheta describat? Nam Dominum exercituum Patrem appellat, quin causam addit iræ, siquidem traditam a Mose legem exsequi noluerunt. Cæterum Dominum Israelitarum Deum, Filium significat, dicens : « Sed eloquium Domini irritaverunt ¹⁵. » Doctrinam enim et sacrum Christi Evangelium execrati sunt : « Ideo iratus est furor Domini in populum suum. » Incensus Pater est non honorato Filio, ac sic ne ipse quidem honoratus; nam qui Filium non honorat, eum nec Patrem honorare est necesse. « Et extendit manum suam super eum, et percussit eum ¹⁶. » Idem de Judæis a fide alienis : « Audite audientes, et nolite intelligere : et videte visionem, et nolite cognoscere. Incrassatum est enim cor populi hujus : auribus suis graviter audierunt : et oculos compresserunt, ne forte videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertant se, et sanem eos ¹⁷. » Moses ait : « Populus stultus et insipiens ¹⁸. » Jeremias : « Popule stulte, qui non habes cor : qui habentes oculos, et non videtis : et

et non auditis ¹⁹. » Tum addit ex persona Dei : « Quod si me non timebitis, qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit ²⁰, » hæc et hæc patienda vobis erunt. Et per Isaiam itidem Deus : « Appropinquat populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me : cor autem ejus longe est a me. (Frustra autem colunt me docentes hominum præcepta atque doctrinam) et timuerunt me mandato hominum et doctrinis. Propterea ecce adjiciam ut transferam populum istum, et transferam eos : et perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium abscondam ²¹. Quia populus inobediens est, filii mendaces, qui nolunt audire legem Dei : qui dicunt prophetis : Nolite annuntiare nobis quæ recta sunt : sed loquimini nobis placencia, videte nobis errores ²². » Idem per Oseam minatur Deus : « Expandam super eos rete meum : quasi volucrem cœli detraham eos, cadam eos, corripiam eos in auditu tribulationis eorum. Væ eis quoniam recesserunt a me, meticulosi sunt, quoniam impie egerunt in me : et ego redemi eos : et ipsi locuti sunt contra me mendacia : et non clamaverunt ad me corda eorum ²³. » Rursusque per Jeremiam : « Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas ²⁴. » Et Isaiæ de lege hæc sunt verba : « In die illo erit lux lunæ sicut lux solis, et lux solis erit septuplum in die, quando sanaverit Dominus contritionem populi sui, et dolorem plagæ ejus curabit. Ecce nomen Domini venit post tempus : et Soiritus ejus sicut aqua in valle trahens ²⁵. »

Sane quidem et lex bona est; sed Christi disciplina sine comparatione melior. Neque vero audientes septuplicem futuram solis lucem, Christi disciplinam legi septuplo antestare cum animo putate. Sed profecto Isaias, qui legalis esset, et legem servare vellet (est autem apud legales augustus septenarius), ea septentia septuplicem futuram solis lucem, septenarium cohonestavit. Certe post Christi adventum minime duraturam legem, ipse auctor est in hæc dicta : « Ecce confundentur et erubescunt omnes, qui pugnant adversum te ²⁶, » abibant cum ignominia : scilicet qui Christi Evangelio non adhærent, sed Moosaicæ legi, quæ umbra quadam veræ gratiæ erat. Neque alienum case, quod dicimus, Isaias, ut ante ostendimus, declarat : « Quis est in vobis, qui timeat Dominum? exaudiat vocem pueri ejus ²⁷. » Igitur cum Dei voluntas sit, omnes sui Filii vocem audire, merito qui eum non audiunt, ac repellunt, ibunt ignominiosi.

CAPUT LIII.

Vaticinia de Christi Nativitate.

Rursum per eundem ait Deus. « Audite me, populus meus : et reges, ad me auribus attendite :

¹¹ Malach. i, 10, 11. ¹² Isä. v, 18-20. ¹³ ibid. 13, sec. LXX. ¹⁴ ibid. 24. ¹⁵ ibid. ¹⁶ ibid. 25. ¹⁷ Isa. vi, 9-11. ¹⁸ Dent. xxxii, 6. ¹⁹ Jerem. v, 21. ²⁰ ibid. 22. ²¹ Isa. xxxix, 15, 14. ²² Isa. xxx, 9, 10. ²³ Osee vii, 12-14. ²⁴ Jerem. ii, 13. ²⁵ Isa. xxi, 26, 27. ²⁶ Isa. xli, 11. ²⁷ Isa. l, 10.

quæ lex a me egredietur, et judicium meum in lucem gentium. Appropinquat cito justitia mea: et egredietur sicut lux, salutare meum: et in brachio meo gentes sperabunt²⁷. » Michæas de novo fœdere, Evangelio, inquam, Christi, ait: « Et erit: In novissimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, et sublimis super colles: et fluent ad eum populi et properabunt gentes multæ, et dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob²⁸. » Ubi « montem Domini » vocat Deiparam: « Domum Dei Jacob » et Davidis dicit Bethleem. Id enim et Lucas evangelista docet in hæc verba: « Ascendit autem et Joseph Galilæa de civitate Nazareth in Judæam civitatem David, quæ vocatur Bethleem: eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore²⁹. »

Sed vaticina scripta retractemus: « Ascendamus, inquam, ad domum Dei Jacob, et docebit nos de viis suis, et ibimus in semitis ejus: » via atque semita sacrum Evangelium est. « Quia de Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem³⁰. » Erce aliam legem non ab Sina, ut Mosaica, sed ab Hierosolyma profectam; siquidem illa vetus, et Michæa antiquior: hæc recens et Michæa posterior, de qua lege ac legislatore Moses liquido clamat: « Prophetam suscitabit tibi Dominus sicut me; » alium scilicet legislatorem. « Et quæcumque dixerit, ipsum audietis³¹. » Et Jeremias: « Omnes cognoscunt me a minino eorum usque ad maximum: ideo non docebit ultra vir proximum suum, dicens: Cognosce Dominum³². » Cui Isaias probe consonat: « Erunt omnes docibiles Dei³³. » Et David: « Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto; ubi tentaverunt me patres vestri³⁴. » Et iterum: « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo³⁵. » Et alio loco: « Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum³⁶. » Id est, ejusmodi, quæ Mosaicæ legi præcellant, quemadmodum Moses ipsemet ex Dei personâ confirmat: « Qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit; ego ultor existam³⁷. » Et per Isaiam Deus: « Vado, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, et dices ad eum: Quid tibi est hic? quia excidisti tibi hic sepulcrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi? Ecce Dominus Sabaoth ejiciet et conteret virum; et auferet stolam tuam, et insulam tuam, et coronam tuam gloriosam: et projiciet te in regionem magnam et immensam; et ibi morieris: et projiciet currum tuum optimum in ignominiam, et domum principis tui in conculcationem:

et tolleris de dispensatione tua et de gradu tuo³⁷. » Nam Sobnas tantundem est: ac si dicas: « Foras abscede. »

At de novo Christi fœdere scribit porro Isaias: « Et erit in die illa: Vocabo servum meum Eliacim, filium Helcizæ, et induam illum tunica tus, et cingulo tuo confortabo eum, et potestatem tuam dabo in manu ejus: et erit quasi pater habitantibus Jerusalem, et domui Juda. Et dabo ei gloriam David, et principabitur, et non erit qui contradicat. Et statuam eum principem in loco fidelis: et erit in solium gloriæ domus patris ejus; et erunt pendent ab eo in die illa³⁸. » Neque aliter de nova Ecclesia idem a Deo denuntiat: « Dilatabo locum tentorii tui, et palos tuos consolidabo, ad dexteram et ad sinistram extendam et semen tuum hæreditabit gentes³⁹. »

Et de nova Hierosolyma: « Illuminare, illuminare, Jerusalem; quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operiant terram, et caligo populos: super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos, et vido congregatos filios tuos; venerunt omnes filii tui de longe, et filia tuæ super humeros portabuntur⁴⁰. » Et David de Christi Ecclesia: « Audi, filia, et vide et inclina aurem tuam: et obliviscere populum tuum, id est, impios majores tuos, et domum patris tui, id est, nidores et altaria obliviscere; nam si hæc feceris, « Concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus; » et adorabis eum. Atque ut explicatius ostenderet loqui se de gentium Ecclesia, addit: « Et filia Tyri in muneribus⁴¹; » Tyrus quippe gentium sodes est. Idem rursus: « Laudate Dominum, omnes gentes: laudate eum, omnes populi, id est, simul omnes, Judæi, Græci, sed omnes omnino gentes: siquidem non jam porro circumcisio aut præputium, non servitus aut libertas est. « Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus; » nam omnia Christi, et in omnibus Christus; et et veritas Domini manet in æternum⁴²: » Dei veritatem Christum appellat, ceu Deum verum a Deo vero, quem admodum Christus ipse de se confirmat: « Ego sum via, veritas et vita⁴³, de eoque rursus ad novam Sion ait Isaias: « Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum: et qui crediderit in eum non confundetur⁴⁴ » in æternum. Idem ad eandem: « Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum, et fundamenta tua sapphirum: et ponam propugnacula tua jaspem: et portas tuas lapides chrystalli: et ædificatum murum tuum lapides electos, et omnes filios

²⁷ Isa. LI, 4. ²⁸ Mich. IV, 1. ²⁹ Luc. II, 4, 5. ³⁰ Mich. IV, 2. ³¹ Deut. XVIII, 15. ³² Jerem. XXXI, 4. ³³ Isa. LVI, 13; Joann. VI, 45. ³⁴ Psal. XCIV, 8, 9. ³⁵ Psal. CXVIII, 103. ³⁶ Psal. XI, 7. ³⁷ Deut. XVIII, 19. ³⁸ Isa. XLII, 15, 16. ³⁹ ibid. 20-24. ⁴⁰ Isa. LIV, 2. ⁴¹ Isa. LX, 1, 2. ⁴² Psal. XLIV, 11, 13. ⁴³ Psal. CXVI, 1, 2. ⁴⁴ Joann. XIV, 6. ⁴⁵ Isa. XXVIII, 16; I Petr. II, 6.

tuos discipulos Dei : et in multa pace filii tui, et in A
Iustitia ædificaberis, recede ab iniquo ⁴². »

Videtur ut gentium Ecclesiam propheta significet? nam cum Hierosolymam monet, abstinere a sceleribus, Judæorum calamitates et internecionem, quas eos manebat, a sceleribus non abstantes, inquit : « Et terror non appropinquabit tibi ⁴³. » id est, sceleribus abstinens expers terroris agitabis. « Ecce proselyti accedent ad te per me; » per me, inquit Christus, gentes et diversis linguis loquentes ad te commeabant. « Et coloni erunt tui, et ad te confugient ⁴⁴. » Nam in Dominico supplicio cunctæ gentes Hierosolymam profectæ, ac comprecæ, hodieque revertuntur. Sed erit hic lapis gentibus ad resurrectionem, Judæis ad ruinam : etenim ex propheta mente unus idemque lapis erit offensivus, et petra scandali ⁴⁵.

Quid igitur dicent ærumnosi, cum illustrem e cœlis adventantem Christum videbunt, audientque in summa majestate affantem illos, qui se velut angustum et angularem lapidem sunt amplexati? « Venite, benedicite Patris mei, possidete paratum vobis regnum ⁴⁶. » Sinistris vero, qui in saxum illud impegerunt et offenderunt, dicentem? « Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus ⁴⁷. » Quomodo tum facti poenitentes præ animi angustia gement, et iterum atque iterum repetent : « Hic est, quem aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem improperii. Nos incensati viam illius æstimabamus insaniam, et finem illius stultitiam honore. Ecce quomodo computatus est inter filios Dei, et inter sanctos sors illius est? Ergo erravimus a via veritatis, et justitiæ lumen non luxit nobis. Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis : viam autem Domini ignoravimus ⁴⁸. » Sed tum eis inutilis erit fletus. Nam sponso in thalamum ingresso, omnibusque convivis cum eo gaudentibus, thalami fores clausæ erunt porro, ut olim paradisi flammæ ense custoditæ ⁴⁹. Ab quoties miseri cum lacrymis inclamabunt : « Domine, Domine, aperis nobis; » siquidem et caro es de carne nostra, et os de ossibus nostris, qui quidem ex majoribus nostris ortus fueras. Sed eos Rex, idemque Deus alloquetur : « Amen dico vobis, nescio vos ⁵⁰. » — « Discedite a me qui operamini iniquitatem ⁵¹. » Etenim vos ante testatus sum : « Qui negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est ⁵². » Atque hæc quidem sic habent.

Ceterum Regnorum primus ait : « Venit vir Dei ad Heli sacerdotem, et ait ad eum : Hæc dicit Dominus : Numquid non aperte revelatus sum domui patris tui? et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, et adoleret mihi incensum, et portaret ephod coram me? Et dedi domui patris tui omnia, quæ sunt ignis

filiorum Israel in escam. Et ut quid respexisti in incensum meum, et in sacrificium meum impudenti oculo? Et glorificasti filios tuos super me, benedicere de primordio omnis sacrificii Israel in conspectu meo? Propter hoc hæc dicit Dominus Deus Israel : Dixi, domus tua, et domus Patris tui transibunt coram me usque in sempiternum. Et nunc dicit Dominus : Nequaquam : quoniam tantum glorificantes me glorificabo, et qui spernit me, honore privabitur. Ecce dies veniunt, et exterminabo semen tuum, et semen domus patris tui, et non erit tibi senex in domo mea omnibus diebus. Et viros exterminabo ab altari meo, ut deficient oculi eorum, et defluat anima eorum. Et omnis qui supererit ex domo tua, cadent in romphæa virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos, Ophai et Phinees : una die morientur ambo ⁵³. »

JUD. Non in quemvis Israelitici generis sacerdotem, sed in Heli solum, hoc edictum expetit.

CHRIST. Minime gentium. Male sacras Litteras intelligitis. Nam si in Heli solum expetebat; dictum oportuit : « Exterminabo semen tuum. » Nunc vero addit : « Et semen domus patris tui : » Levi-procal dubio notans patrem domus Heli. Ideo prædixerat vir Dei : « Elegi domum patris tui ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem. » Quare pro delectu editum quoque est edictum ; siquidem addit : « Exterminabo semen domus patris, et non eris propheta in domo mea omnibus diebus. » Quæ sententia omnimodam sacerdotum abrogationem significat; eamque præsentiens et David ait : « In Ecclesiis benedicite Deo Domino ⁵⁴. » Nam in Mosaisca legè non sacerdos erat extra templum Hierosolymis, non pontifex, non imolatio, non suffitus, non libamentum, quin et Babylone exsultantes, in aliena terra Deo carmina offerre religioni habebant ⁵⁵. At nunc ab ortu et occasu, ab aquilone atque mari coacta et constabilita est Ecclesia. Ubique enim templa, patriarchæ, pontifices, sacerdotes ac Levitæ frequentes : in omnibus qua vicis, qua urbibus assidue incruentam hostiam immolari cernas, totoque orbe terrarum Dei nomen laudari atque celebrari.

—CAPUT LIV.

D *Prophetiæ de abjecta plebe Judaica, et gentium vocatione.*

Quippe ait per Jeremiam Deus : « Dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina ⁵⁶. » Et per Isaiam : « Dabo principes tuos in pace, et episcopos tuos in justitia ⁵⁷. » Rursumque de credentibus Judæis : « Vivet in bonis animis vestra, et constituam vobis testamentum æternum, sancta David fidelia ⁵⁸. » Idem iterum : « Quærite Dominum, et in inveniendo invocate eum; quis multum dimittet peccata vestra. Neque enim sunt

⁴² Isa. LIV, 11-13. ⁴³ ibid. 14. ⁴⁴ ibid. 15. ⁴⁵ Isa. VIII, 14; Rom. X, 35. ⁴⁶ Matth. XXV, 34. ⁴⁷ ibid. 41. ⁴⁸ Sap. V, 3-7. ⁴⁹ Gen. III, 24. ⁵⁰ Matth. XXV, 11, 12. ⁵¹ Matth. VII, 23. ⁵² Luc. XII, 9. ⁵³ I Reg. II, 27-34. ⁵⁴ Psal. LXVII, 27. ⁵⁵ Psal. CXXXVI, 4; cvi, 6. ⁵⁶ Jerem. III, 15. ⁵⁷ Isa. LX, 17. ⁵⁸ Isa. LV, 4.

digitationes meæ, sicut cogitationes vestræ; neque via vestræ, viæ meæ, dicit Dominus. Sed sicut istat cælum a terra, sic distat via mea a viis vestris, et cogitationes meæ a cordibus vestris⁶². » Et rursus : « Hæc dicit Dominus : Custodite iudicium, et facite iustitiam, quia iuxta est salus mea. Domus mea domus orationis vocabitur cunctis opalis⁶³. »

De legis vero abrogatione Oseam prophetam monuit Deus, in hanc sententiam : « Vade, sume tibi uxorem fornicationum; et fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur (Synagoga). Et abiit, et accepit Gomer filiam Debelaim : et concepit, et peperit ei filium : et dixit Dominus ad eum : Voca nomen ejus Jezrahel : quoniam adhuc modicum, et ulciscar sanguinem Jezrael super domum Iuda : et erit in die illa, quiescere faciam regnum domus Israel : et conteram arcum Israel in valle Jezrael⁶⁴. » Jezrael autem *ultor* redditur. « Et concepit adhuc, et peperit filiam, et dixit ei : Voca nomen ejus Absque misericordia : quia non addam ultra misereri domui Israel, sed adversans adversabor ei. Et ablactavit eam, quæ erat Absque misericordia; et concepit adhuc et peperit filium. Et dixit Deus : Voca nomen ejus Non populus meus; quia vos non populus meus, et ego non ero vester⁶⁵ (Deus). » Idem de Synagoga : « Judicate matrem vestram, judicate : quoniam ipsa non uxor mea, et ego non vir ejus⁶⁶. » Aliaque non pauca sub Dei persona iracunda, propheta denuntiat, quale hoc est : « Vir non eruit eam de manu mea : et cessare faciam omne gaudium ejus, solemnitatem ejus, neomeniam ejus, Sabbatum ejus, et omnia festa tempora ejus : et visitabo super eam dies Baalim⁶⁷. »

Et de incredulis Judæis Christus : « Mittam super eos rete meum : ut volatilia cæli, detraham illos : corripiam eos in auditu tribulationis eorum. Væ eis, quoniam resilierunt a me. Meticulosi sunt, quoniam impie egerunt in me. Ego vero redemi eos : ipsi vero locuti sunt contra me mendacia : et non clamaverunt ad me corda eorum; sed mala contra me cogitaverunt : idcirco tradentur in gentibus⁶⁸. » Amos hæc minatur : « Ecce mandabo ego, et concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro : et non cadet lapillus super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei⁶⁹. » Davidis quoque hæc sententia est : « Sacerdotes tui induentur iustitiam, et sancti tui exultabunt⁷⁰. » Id quod de gentium Ecclesia dixit, et futurum. Nam si de Synagoga : « Induti sunt, et exultant, » dictum oportebat.

Jam vero, ubi nunc Judæorum res divina, ac libatio? Siquidem Deuteronomio, Mosi Deus præcepit : « Non facies altare in omni loco, neque offeretis sacrificia; sed in loco quem elegerit Dominus :

A eo portabilis primitias et sacrificia vestra⁷¹, » Salomonis templum prorsus innuens. At ubi nunc hodie templum illud? ubi pontifices? sacerdotes ubi? ubi qui sacerdotes ungant et inaugurent? ubi cornu olei? Quæ lex Mosalca profanos permisit in sacerdotes consecrari, illegitime extra templum Hierosolymitanum in communibus ædibus collectos? Habetis ecce projecti sacerdotii argumenta. Quare si sacerdos non est, omnes igitur Judæi adulterantur, atque ex adulterio nascuntur, ergo spurii omnes, at spurii ex lege Mosi ad sacerdotium non asciscitur. Et aliqui sacerdos plane dicitur a sacris sacundis, id est, mactandis. Sin hostia et sacra non sint; nec sacerdos quidem est, nisi qui falso sacerdos dici postulet. Itaque si Oziaz, quamvis regie inuncto, thuribulum tractanti Deus non pepercit⁷², tantum quod sacerdotalis non esset, sed et lepram immisit, et prophetias eo superstitite continuit; quæ quantaque mala eos non maneant, qui sacrorum exsortes, in sacra invadant, et Pascha atque festa agitare extra Hierosolymitanum templum inceptent, legem custodire (si superis placet) interim se jactantes?

Jud. Ereptum nobis pontificium iuxta ac regnum constemur, jam inde ab eo tempore, quo tantis urgemur malis a Tito Romanorum principe subacti; et omnino fortasse est, ut nos legis custodes decipiant, ne prærogativa honoris deturbentur. Sed oramus, et Christi supplicia nobis edisserere, et qui de his, deque ejus resurrectione vaticinentur prophetæ.

CAPUT LV.

Prophetiæ de Christi morte atque resurrectione.

CHRIST. Sciendum in primis est, quod sæpe jam diximus, naturam divinam oppressum tyrannide a diabolo videre suum figmentum non potuisse, igitur visum est Patri, ut suus sibi Unigenitus animam atque corpus ex semper Virgine Maria susciperet, impermutatus atque inconfusus, citraque peccatum perfectus homo fieret, non amisso quod erat (videlicet immutabilis), sed assumpto quod non erat (utpote humanus), quo per naturam nostram mori posset, et per ineffabilem et incomprehensam divinitatem, omnes vivificaret, atque a diaboli nexibus absolveret. Nam et vivi per ejus ex Virgine ortum, non peccati solum chirographo liberati, sed adoptione etiam sunt affecti, et mortuorum animæ, quæ apud inferos tehebantur, per ejus resurrectionem, a diaboli manibus elapsæ, regnum cælestie obtinuerunt. Ut enim duo sunt ortus, sic duorum salus, vivorum, inquam, ac mortuorum, procurata est. Hæc passionis necessitas fuit; nam nisi passio fuisset, mors secuta non esset, quæ si haud evenisset, humanitas omnis ex diaboli potestate eripi non poterat. Siquidem ut peccatum veteri Adamo juste

⁶² sa Lv, 7, 8. ⁶³ Isa. lvi, 1, 7. ⁶⁴ Ose. 1, 1-5. ⁶⁵ ibid. 6-9. ⁶⁶ Osee 11, 10. ⁶⁷ ibid. 11, 13. ⁶⁸ Osee vi, 12, 14. ⁶⁹ Amos ix, 9. ⁷⁰ Psal. cxxxii, 9. ⁷¹ Deut. xii, 27. ⁷² Il Paral. xxvi, 16 seqq.

mortem concevit: ita et novo Adamo, insonti ac sine vitio, irrogata mors justè admissi chirographum dissolvit. Itaque benignus ille Deus, de hominum salute semper sollicitus, non æternam modo unigeniti Filii ex utero ante Luciferum generationem, per prophetas prædici ac divulgari indulsit, sed etiam quemadmodum corpore ex æmper Virgine Maria assumpto, duas naturas unierit, miracula, ingressum illustrem et adventum Hierosolymam super asinæ pullo, proditorem, supplicium, crucem, sepulturam, resurrectionem, inferorum direptionem, mortis interitum, in cælos ascensum, denique a dextris concessum; ut in quo hæc omnia perfecta videretis, eum unigenitum esse Dei Filium sciretis, qui et jam venerit, et rursum gloriose rediturus sit, Dei nomine, Patris scilicet, vivis atque mortuis judex, idem Dominus et præpotens, et Rex, et Deus, divinitate atque regno finem nesciente.

Igitur testes eorum, quæ diximus, prophetas in medium conferamus. De immensis Christi miraculis velut in transcurso clamat Isaias: « Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum⁷². » — « Tum, » ait, quando? Cum, ut Davidis verba ferunt: « Veritas de terra orta fuerit, et justitia de cælis prospexerit⁷³; » scilicet, Deus homo Jesus, ut alio loco idem prædicat: « Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis⁷⁴. » Ergo, cum ex Davidis sententia, Dei justitia, unigenitus ejus Filius, e cælis existet, tum et Veritas e terra orietur, id est, divinitati unita per eandem hypostasim caro, ut universa vatum præsentia in lucem proferantur, certo atque explorata completa ac perfecta. Nam ut visibili hoc lucifero exorto, omnia in tenebris occulta deteguntur, sic justitiæ Sole cælitus degresso, cuncta illa vatum involuta dicta fuere illustrata, et tanquam suum statum prædictæ veritatis accepere (44).

Id adeo David in hæc verba: « Etenim Dominus dabit benignitatem. » Porro Domini benignitas omnino unigenitus æterni Patris Filius est: « et terra nostra dabit fructum suum⁷⁵. » Assumptum a Filio ex lutea ac terrestri natura corpus fructum edet, luculenta miracula: « Justitia ante eum ambulabit, » id est, immensa, et opinione major humanitas, « et ponet in via gressus ejus⁷⁶. » Videtis unam in duabus naturis personam? Per « veritatem et justitiam » Propheta naturam humanam simul ac divinam significans, non dixit: « Ponet in via, » scilicet miraculorum, « gressus earum, » sed in una persona « gressus ejus. »

Idem rursum: « Misit Verbum suum, et sanavit eos: et eripuit eos de interitionibus eorum⁷⁷. » Isaias vero clamat: « Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me. Evangelizare paupe-

ribus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum⁷⁸. » Idem de apostolis: « In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, et apprehendent Ambriam viri Judæi, dicentes: Ibinus vobiscum; audivimus enim quoniam Deus vobiscum est⁷⁹. » Et quis est autem vir Judæus, nisi Deus homo Jesus? decem vero homines, divini apostoli sunt ac discipuli.

JUD. Et cur autem non dixit: Decem homines ex tribubus Israel? sed: « ex omnibus linguis gentium? » Apostoli enim omnes ex tribubus Judæorum erant.

CHRIST. Scilicet præscius vates, futurum, ut neglecta Judæorum Synagoga, præcones cunctis gentibus fierent, hoc tantum opus prætulit tribui. Nam quemadmodum qui fratri semen suscitavit, prolem haudquaquam suam deputat: neque enim sibi, sed ante se fratri stirpem instaurat, etsi ex eo proles suscepta non sit: ita et in apostolis propheta, illam ab Judæis stirpitis originem pro nihilo ducens, eorum potius erga gentes, ut sic dixerim, paternitatem tanquam illustrem est amplexus. Sane Corinthiis scribens, clamat Paulus: « Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. Rogo ergo vos, imitatores mei estote⁸¹. »

Deinde non ignorabat propheta, fore, ut Paracleti Spiritus sancti adventu et inspiratione omnes omnium gentium linguas atque disciplinam apostoli repente edocti, suis linguis omnes erudirent gentes.

JUD. At cur non duodecim dixit, sed: « decem? » Siquidem Christi apostolos duodecim esse pro numero patriarcharum didicimus.

CHRIST. Recte, et ut par est, dubitastis. Sed explorete vobis tenendum est: Isaiam (45) ex tribu Benjamin et Dan oriundos apostolos hoc suo vaticinio non prodidisse. Ac tribum quidem Benjamin reticuit, quod mens Salvator in corpore apud nos degens, pro se loquens os, magnum illum Paulum non conspexit. Dan vero tribum silentio transiit, ob nasciturum ex ea Judam proditorem, uti mens Deum videns olim divinavit in hanc sententiam: « Fiet Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi; » corporalem, eo typo, necem nobis innuens: « Ut cadat ascensor ejus retro⁸², » divinitate affectum corpus in recens Josephi monumentum salutem expectans Domini; nimirum tri-duanam resurrectionem.

Quod vero omnes Christo obitas functiones prophetæ nuntiarint, ostendit mei Servatoris Hierosolymam adventus, de quo omnium princeps Israel ait: « Alligans ad vitem asinam suam, et ad helicem pullum asinæ suæ⁸³. »

Videtis, ut abrogata lege propagationem gentium propheta significet? Nam cum dicit, « asinam viti »

⁷² Isa. xxxv, 5. ⁷³ Psal. lxxxiv, 12. ⁷⁴ Psal. lxxi, 7. ⁷⁵ Psal. lxxxiv, 13. ⁷⁶ ibid. 14. ⁷⁷ Psal. cvi, 20. ⁷⁸ Isa. lxi, 1. ⁷⁹ Zachar. viii, 23. ⁸⁰ I Cor. iv, 15, 16. ⁸¹ Gen. xlix, 17. ⁸² ibid. 11.

(44) Ἀποκατάστασιν ἔλαβον.

(45) Zachariam.

(alligatam) temporariam, ac pene nullam Synagogæ A stabilitatem notat; neque enim legis disciplina orbis terrarum administratur, sed Judæa solum, exiguum ejus segmentum. At cum ait: « asinæ pullum ad helicem vitis, » seu ad brachia vitium, æternum, ac sublime, et toto orbe pervagatum præconium designat, siquidem helici seu vitium brachiis similis eat illa orbis conversio. Ac de his Servator quoque ad Synagogam respiciens, quam asinæ comparavit, per similitudinem testatur: « Homo plantavit vineam, » et quæ sequuntur²⁴

Ad pullum vero loquens, qui est novus populus, ait: « Ego sum vitis, vos palmites: Pater meus agricola est²⁵. » Id adeo verum esse, majorum B vestrorum responsum demonstrat. Nam a Deo interrogati: « Cum venerit Dominus vineam, quid faciet agricolis illis? Atunt illi: Malos male perdet; et vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis²⁶. » Sophoniæ quoque hæc sunt verba: « Gaude, filia Sion, prædica, filia Jerusalem, exulta, et delectare de toto corde tuo, filia Jerusalem. Abstulit Dominus iniquitates tuas, relevavit te de manu inimicorum tuorum, regnabit Dominus in medio tui²⁷. »

Zacharias addit: « Gaude vehementer, filia Sion, prædica, filia Jerusalem: ecce Rex tuus venit tibi iustus, et salvans, ipse mansuetus, et ascendens super subjugalem et pullum novum²⁸. » Atque hæc C quidem Zacharias ad Jerusalem, ad Filium vero David: « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi: virga directionis, virga regni tui²⁹. » Et ad pueros: « Laudate, pueri, Dominum³⁰. » At pueri: « Hosanna Filio David: benedictus qui venit in nomine Domini³¹. » Inde ad Dominum iterum Psaltes reginæ: « Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem tuam³². » Dominus ad populum: « Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire³³. » Siquidem Elisabethæ vocem sunt secuti; nam illa ait: « Benedictus fructus ventris tui³⁴. » Hi ex ea nato acclamant: « Benedictus qui venit in nomine Domini. » O parentum ingrati tudinem! o filiorum gratitudinem! filii vestes suas substernebant: parentes ejus vestes partiebantur. Illi « Hosanna D canebant; hi « Crucifigatur » clamabant. Sapit infans ætas; et qui stultos esse pueros perbibuerunt, stultescebant. Eratque tum insolens, et a natura abhorrens spectaculum videre, lactentes, matrum ulnis vectos infantes, hinc manillam trahere, illinc nato e Virgine Deo palmæ ramos protendere; et qui lac maternum traherent, Dominicum præceptum tenello ore effundere; priusquam verba effari possent, Deo verbo explicate acclamantes: « Hosanna in excelsis³⁵; » quasi dicerent, Salva nos, qui in altis habitas, et humilia respicis³⁶.

CAPUT LVI.

Psalmus secundus exponitur.

Sed quoniam super asinæ pullo sedentem, et Dei Filium esse, et Deum verum, et omnis universi regem, vaticiniis usi sententiis, ostendimus, age, supplicia quoque Christi contemnemur, et flagitiosa in eum consilia æque e vatuni scriptis comprobemus, a Davide exorsi. Igitur futurum tanquam præsens prospiciens, ait Propheta: « Quare fremuerunt gentes; et populi (gentes Romanos vocans, populos, Judæorum tribus) meditati sunt inania? » Omnino sane, inquit, adversum Christum frustra tumultuantur atque cogitant. « Astiterunt reges terræ (Pilatus scilicet atque Herodes), et principes convenerunt in unum; pontifices ac sacerdotes, pariter, simul, eadem mente et consilio « adversus Dominum et adversus Christum ejus, » ut eum interficiant. « Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum: » consentanea Mosais dictis David loquitur; nam ut ille de officio disserens, unam voluntatem SS. Trinitatis significans inquit: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram³⁷; » ita et hic gentium ac populorum cogitata et tumultus, astantes reges, optimatum pariter conventum, hæc, inquam, omnia docens consentire, ait: « Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum. » Quin ut clarius esset, atque apertius quod dicit, addit: « Qui habitat in caelis, » Pater videlicet, « iridebit eos: et Dominus subsannabit: » scilicet Filius, qui inter eos, ceu damnatus, astitit, minime interim paterno sinu extorris. « Tunc loquetur ad eos in ira sua: et in furore suo conturbabit eos. » Tunc; quando? Cum Judex advenerit, omnibus cœlestibus copiis stipatus, vivis ac mortuis jus dicturus. « Ego autem constitutus sum Rex ab eo³⁸; » oratio est digna Deo, et regia, et Christi etiam hominis perenne innuens regnum; dicit enim: « Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus, Sion. Super Sion montem sanctum ejus³⁹. » Sanctum montem hic Virginem ac Deiparam intellige. Ut enim Deus in Sina descendens conspectus est a Mose, sic ille incagnatus ex Virgine, conversatus est cum homine; ille inaspectabilis factus fuit aspectabilis: « Prædicans præceptum Domini, » id est, interpret, ut Patris beneficio prophetæ olim prædixerunt: « Dominus dixit ad me; » qui mihi Pater est, secundum divinam naturam, idemque Deus secundum carnem assumptam: « Filius meus es tu, » charissimus ante sæcula citra fluxum mihi es Filius.

« Ego hodie genui te. » Quem ex utero ante Luciferum genui, hodiernæ die corporatum ex Virgine prodire volui; neque enim alius fuerat ille atque alius tu, sed idem, unus ex duabus naturis:

²⁴ Luc. xx, 9; Matth. xxi, 33. ²⁵ Joan. xv, 4. ²⁶ Matth. xxi, 40, 41. ²⁷ Sophon. iii, 14, 15. ²⁸ Zachar. ix, 9. ²⁹ Psal. xlv, 7. ³⁰ Psal. cxii, 1. ³¹ Matth. xxi, 9. ³² Psal. viii, 3. ³³ Matth. xix, 14. ³⁴ Luc. i, 42. ³⁵ Marc. xi, 9, 10. ³⁶ Psal. cxii, 5, 6. ³⁷ Psal. ii, 1-3. ³⁸ Gen. i, 26. ³⁹ Psal. ii, 4-6. ¹ Psal. cxlv, 10.

« Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam. » Solet David quæ sunt Unigeniti, ad Dei ac Patris voluntatem atque potestatem revocare, ne ab imperitis Deo contrarius crederetur : « Et possessionem tuam terminos terræ; » qui sacrum nomen ferentes tuum, per te jurent. « Reges eos in virga ferrea²; » sceptrum seu virga ferrea divinitatis potentiam significat. Nam paternum hoc per Davidem dictum confirmans mens Servator ait : « Ego sum pastor bonus, et ego agnosco oves meas, et cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem : et animam meam pono pro ovibus meis³. » — « Tanquam vas figuli confringes eos. » His verbis tum hominum declarat opificium, quod magnus ille figulus Deus effinxit ac molitus est; tum vero Judæorum interfectionem et interitum. Tam facile, inquit, collides, qui te ut opificem ac Deum non ve erantur, sed merum hominem ducunt, salutari nocte te multantes, quam figulus fabricatum a se ac conformatum fictile. Ut enim pecudes, quæ pastoris vocem atque sibilum sequuntur, et viridibus pascuntur herbis, et liquidissimos potant latices; quæ vero a pastore resiliunt, feris prædæ sunt; ita tractus omnes cunctis terrarum finibus quicumque mei Filii vocem audient, in cœlestibus æternisque sedibus degent ac pascent, et ad securas amnes nutrientur. At qui ejus vocem negligent, attriti ac delati, infami lupo, diabolo, relinquentur.

« Et nunc, reges, intelligite⁴. » Christi potestatem, resurrectionem, atque regnum ante accurate executus Propheta, intelligere ea quoque terrarum reges jubet ac hortatur. « Erudimini qui judicatis terram : » quandoquidem judicum Judicem, deorum Deum, vestrum ac totius mundi Regem Dominumque expectatis, discite omnes, qui de terrenis, et terrena judicatis, judicare, ac jus et æquum facere : « in quo enim judicaveritis, judicabimini : et in qua mensura meisi fueritis, remetietur vobis⁵. » — « Servite Domino in timore, et exsultate ei cum tremore; » quod si timide ac trepide Deum coletis, postmodum cum eo æternum exsultabitis; nunc lacrymosi serentes : at tum lauti vestrorum fructuum millenarias aristas messori, comportandas in horrea cœlestia. « Apprehendite disciplinam⁶, » id est, ad frugem suscipite divinam doctrinam; ait enim : « Et disciplina tua correxit me in finem : et disciplina tua me docebit⁷. » Et rursus LXX : « Disciplina Domini aperit aures meas⁸; » atque iterum : « Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me⁹. » — « Ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via justa¹⁰. » Iram appellat remunerationis diem; perire de via justa, excidere est ac frustrari dextra judicis assistentia, qua sancti omnes ac justii fruuntur. « Cum exarsit in brevi ira ejus¹¹. » Repentiam vindictam ac furorem

vocat horrendam illam sententiam : « Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus¹²; » quam et ante iudicium unusquisque recogitans, ac sua ipsius conscientia victus, horret : « Beati omnes qui confidunt in eo¹³. » Propheta humanam naturam in duas partitus vias, damnat pervicaces; at pios morigerosque pietati, incorrupta ac perenni beatitudine afficit.

Consentanea Patri et Salomon Judæorum scelesti publicans, ait : « Dixerunt cogitantes apud se non recte : Opprimamus justum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et impperat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiam Dei habere, et Filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est illis vita illius, et immutatae sunt viæ ejus. Tanquam nugacea æstimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris, tanquam ab immunditiis, et præfert novissima justorum, et gloriatur Patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sint, et tentemus quæ ventura sunt illi. Contumelia et tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus, et probeamus patientiam illius. Moris turpissima condemnemus eum : erit enim respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitaverunt, et erraverunt : excæcavit enim illos malitia eorum. Et necierunt sacramenta Dei, neque judicaverunt, quia tu es Deus solus, qui vitæ et mortis habes potestatem : et salvas in tempore tribulationis, et liberas ab omni malo : quoniam pius et misericors, et das gratiam sanctis tuis, et in brachio tuo resistis superbis¹⁴. »

Et per Jeremiam Christus prædicit : « Ego autem sicut agnus innocens, ductus ad immolandum, non cognoscebam : quia cogitaverunt super me cogitationem malam, dicentes : Venite, et mittamus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra viventium, et nomen ejus non memoretur amplius¹⁵. » — « Lignum » Propheta appellat vitalem crucem; « panem, » Christum, uti de se Christus confirmat : « Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi¹⁶. »

David quoque de insanis, et pessimo consilio instructis ait : « Fructum eorum de terra perdes, et semen eorum a filiis hominum : quoniam declinaverunt in te mala, cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire : quoniam pones eos dorsum; in reliquiis tuis præparabis vultum eorum¹⁷, » id est, in perennes atque interminos cruciatum abeuntium. Job etiam : « Deus impios non salvat, » LXX : « eo quod noluerunt scire Dominum¹⁸. » Isaias : « Vanum est consilium patrum vestrorum¹⁹. » Idem rursus : « Væ filii desertores, dicit Dominus

² Psal. 11, 7, 8. ³ Joan. x, 14, 15. ⁴ Psal. 11, 10. ⁵ Matth. vii, 1. ⁶ Psal. 11, 12. ⁷ Psal. xvii, 36. ⁸ Isa. l, 5. ⁹ Psal. cxvii, 8. ¹⁰ Psal. 11, 12. ¹¹ ibid. 13. ¹² Matth. xxv, 42. ¹³ Psal. 11, 12. ¹⁴ Sap. 11, 12-22; Eccli. 11, 13, 14. ¹⁵ Jerem. xi, 19, 20. ¹⁶ Joan. vi, 41. ¹⁷ Psal. xx, 11, 12. ¹⁸ Job xxxvii, 6. ¹⁹ Isa. xlvi, 13.

ut faceretis consilium, et non ex me : et ordiremini A
telam, et non per Spiritum meum²⁰. » Zacharias :
« Hæc dicit Dominus : Ego non parcam ultra super
habitantes terram : ecce ego tradam homines,
unumquemque in manu proximi sui, et in manu
regis sui : et concident eos, et non eruam de manu
eorum : et pascam oves occisionis in Chanaanitide.
Et assumam mihi duas virgas : unam vocavi Deco-
rem : et alteram vocavi Funiculum. Et pascam
oves. Et auferam tres pastores in mense uno; et
ingravescet anima mea super eos : siquidem et
animæ eorum rugiebant super me²¹. »

CAPUT LVII.

Psalms xxi de Christi persona eleganter explicatur.

David : « Circumdederunt me vituli multi, tauri
pingues obsederunt me²². » Et rursus : « Dixit
insipiens in corde suo, Non est Deus : corrupti sunt
et abominabiles facti sunt in studiis suis : omnes
declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est
qui faciat bonum, non est usque ad unum²³. » Et
iterum : « Inimici mei animam meam circumde-
derunt : adipem suum concluserunt, os eorum locu-
tam est superbiam. Projicientes me nunc circum-
dederunt me; oculos suos statuerunt declinare in
terram. Susceperunt me sicut leo paratus ad præ-
dam, et sicut catulus leonis habitans in abditis²⁴. »
Et paulo post : « Saturati sunt filii, et dimiserunt
reliquias suas parvulis suis²⁵. » Atque alibi :
« Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens
et rugiens²⁶. » Idem ex Pilati persona : « Odivi
Ecclesiam malignantium, et cum impiis non se-
debo. Lavabo inter nocentes manus meas²⁷. » Et
de pontificibus : « In quorum manibus iniquitates
sunt, dextra eorum repleta est muneribus²⁸. »
Iterum tanquam voce carnis : « Ne tradideris me
in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt
in me testes iniqui²⁹. » Et de Pharisæis Christum
capere conantibus : « Qui loquuntur pacem cum
proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da
illis, Domine, secundum opera eorum; et secundum
nequitiam adinventionum ipsorum : secundum opera
manuum eorum tribue illis, redde retributionem
eorum ipsis : quoniam non intellexerunt opera
Domini, et in operibus manuum ejus³⁰. » Dei facta
et opera manuum, vocat ineffabilem ad nos descen-
sum, et orbis terrarum salutem ex immensa boni-
tate collatam. Idem rursus : « Super omnes inimi-
cos meos factus sum opprobrium, et vicinis meis
valde, et timor notis meis³¹. » Quid ita, o Propheta?
« Quoniam audivi vituperationem multorum com-
morantium in circuitu : in eo dum convenirent
simul, accipere animam meam consiliati sunt³². »

Jam injustam Christi necem, et ei frustra compa-
ratam fraudem prospiciens, scribit in hæc verba :

« Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversus
justum iniquitatem³³. » Rursus velut a corpore ad
divinitatem : « Exsultatio mea, erue me a circum-
dantibus me³⁴. » Et invectus in Synagoga Christi
nece infamem : « Confundantur et revertantur
simul qui quærent animam meam : convertantur
retrosum et reverteantur qui volunt mihi mala³⁵. »
In falsos quoque testes hæc pronuntiat : « Sur-
gentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant
me; retribuiebant mihi mala pro bonis, sterilitatem
animæ meæ³⁶. » Et iterum : « Non supergaudeant
mihi, qui adversantur mihi inique, qui oderunt me
gratis, et annuunt oculis : quoniam mihi quidem
pacifice loquebantur, et in iracundia dolos cogita-
bant³⁷. »

Jam illud quo referes? « Considerat peccator
justum, et quærit mortificare eum : Dominus autem
non derelinquet eum in manibus ejus : nec damna-
bit eum, cum judicabitur illi³⁸. » Cæterum hæc de
Christo : « Benedicentes ei hæreditabunt terram :
maledicentes autem ei disperibunt³⁹. » Dictis Isaac
consentanea locutus est David. Ille enim prospici-
ens, quod ex stirpe Jacob exspectatio gentium
Christus oriturus esset, sic præscius aiebat : « Qui
maledixerit tibi, sit ille maledictus : et qui bene-
dixerit tibi, benedictionibus repleatur⁴⁰. » At David
noster : « Benedicentes ei hæreditabunt terram,
maledicentes autem ei disperibunt⁴¹. » Quorum
verborum hæc sententia est : Quemadmodum tum
soli ex Jacob nati, non vero etiam ex Esau, pro-
missam terram occupabant : ita nunc quoque soli,
qui Christo bene volunt, absque iis qui male vo-
lunt, cælestem ac perennem Hierosolyman possi-
debunt.

Rursus David : « Multiplicati sunt qui oderunt
me inique, qui retribuunt mala pro bonis, detrahe-
bant mihi, quoniam sequebar bonitatem⁴²; » quæ
ex Unigeniti Dei Filii persona dicit. Ibidem : « Vim
faciebant, qui quærebant animam meam : et qui
inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, et
dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam
surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens
os suum : et factus sum sicut homo non audiens,
et non habens in ore suo redargutiones⁴³. » Ac
talita quidem de silentio Christi patientis David
prodidit. Nunc evangelistam videamus : « Et Jesus
cum accusaretur a principibus sacerdotum et senio-
ribus, nihil respondit; ut miraretur præses vehe-
menter. Tunc dicit illi Pilatus : Mihi non loqueris?
Jesus autem tacebat⁴⁴. » Consonat Davidi et Isaias
in hanc sententiam : « Ipse propter afflictionem
non aperit os suum. Sicut ovis ad victimam ductus
est, et sicut agnus coram tondente mutus, sic non
aperit os⁴⁵. » Idem rursus ex persona Patris de

²⁰ Isa. xxx, 4. ²¹ Zachar. xi, 6-8. ²² Psal. xiii, 4. ²³ ibid. ii, 13. ²⁴ Psal. xvi, 9-12. ²⁵ ibid. 14.
²⁶ Psal. xxi, 14. ²⁷ Psal. xxv, 5, 6. ²⁸ ibid. 10. ²⁹ Psal. ii, 6, 11. ³⁰ Psal. xxvii, 2, 4. ³¹ Psal. xxx,
12. ³² ibid. 14. ³³ Psal. xxx, 19. ³⁴ Psal. xxxi, 4. ³⁵ Psal. xxxiv, 5. ³⁶ ibid. 11. ³⁷ ibid. 19, 20.
³⁸ Psal. xxxvi, 52, 53. ³⁹ ibid. 22. ⁴⁰ Gen. xxvii, 29. ⁴¹ Psal. xxxvi, 22. ⁴² Psal. xxxvii, 21, 22.
⁴³ ibid. 13, 14. ⁴⁴ Math. xxvii, 12, 14; Marc. xv, 4. ⁴⁵ Isa. l.iii. 7.

inmaculata passione ejus : « Ecce intelliget puer meus, et exaltabitur, et glorificabitur valde. Sicut stupebunt super te multi; sic ingloria erit ab hominibus species tua, et gloria tua a filiis hominum. Sic mirabuntur gentes multæ super eo, et continebunt reges os suum : quia quibus non est annuntiatum de eo, videbunt; et qui non audierunt, intelligent⁴⁶. » Et alio loco : « Dominus dat mihi linguam disciplinæ, ut sciam quando oporteat loqui verbum : addidit mihi aurem ad audiendum, et disciplinam Domini aperit aures meas : ego autem non renuo, neque contradico. Dorsum meum dedi ad flagella, et genas meas ad alapas : et faciem meam non averti a confusione sputorum⁴⁷. » David vero : « Aruit tanquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis; et in pulverem mortis deduxisti me⁴⁸. » Idem velut a corpore ad divinitatem copulatum : « Erue a framea, Deus, animam meam, et de manu canis unicum meam⁴⁹. » Et Isaias : « Homo in plaga positus, et sciens infirmitatem : quia aversa est facies ejus, despecta, et non reputata. Iste peccata nostra portat, et pro nobis dolet : et nos reputavimus eum esse in labore, et in plaga a Deo, et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et infirmatus est propter iniquitates nostras. Livore ejus nos sanati sumus⁵⁰. » Amos propheta dicit : « Pro argento vendiderunt justum⁵¹. » Zacharias ex persona Christi : « Appenderunt mercedem meam triginta argenteos⁵². » Et Jeremias (referente sancto Matthæo) : « Acceperunt triginta argenteos, pretium appetitum, quem appetiverunt a filiis Israel : et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus⁵³. » David de proditore : « Qui edebat panes, magnificavit super me supplantationem⁵⁴. » Et Isaias : « Væ iniquo : mala secundum opera manuum ejus accidunt ei⁵⁵. » Et David iterum : « Dixit injustus ut delinquat in semetipso : non est timor Dei ante oculos ejus⁵⁶. » Quamobrem Vates : « Quoniam dolose egit in conspectu ejus, ut inveniat iniquitas ejus ad odium⁵⁷. » Sane dolos versavit, contra tam sanctam institutionem et doctrinam, et odium exercuit in virtutes et miracula. Invenit iniquitatem; scilicet ingenium avarum et sanguinarium. Quare merito imprecatur ei Propheta : « Constituo super eum peccatorem, et diabolus stet a dextris ejus : » quandoquidem astare Servatori ad dextram odit. « Cum judicatur, exeat condemnatus, » quandoquidem in ferendo judicio consessum exosus est, eam ob rem judicatus abeat damnatus. « Et oratio ejus fiat in peccatum⁵⁸, » preces appellat intempestivam proditoris pœnitentiam, ut est apud evangelistam Matthæum : « Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus

esset; pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, dicens : Pecavi, tradens sanguinem justum : et abiens laqueo se suspendit⁵⁹. » Quæ omnia Propheta longe ante præsignans addit : « Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter⁶⁰. » Cur? « Quia persecutus est hominem inopem, et mendicem, et compunctum corde mortificare⁶¹. » Vere enim inops est Dominus noster Jesus Christus : nam nisi temperiem nostram (seu corpus nostrum) mendicasset, nunquam nos ejus divinitate ditati essemus. Quare cum proditor divinitate augeri contempserit, jure in eum infert Propheta : « Et dilexit maledictionem, et venit ei : et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo⁶². » Ita suo munere abdicatus est, eoque abdicato, suffectus Matthias, apostolorum cœtum explevit⁶³. Salomonis quoque hæc de eo est sententia : « Vir insipiens (46) et iniquus ambulat vias non bonas : innuit oculis, significat autem pede, docet nutibus digitorum. Perversum cor fabricatur mala. Per vitiosas vias, proditoris non ingenium; per oculorum nutum, ad pontifices defectionem et conspirationem; per pedem, proditoris celeritatem; per digiti micationem, occuliam ejus vafritiem. Neque vero his contentus veterator, etiam fraudulentum osculo herum prodidit, testatus Judæis, cui suavium daret, eum esse, prehenderent hominem⁶⁴. » His vero Sapiens hæc subjicit : « In omni tempore, qui talis est, turbationes affert civitati. » Vere enim insignem tumultum ac perniciem Hierosolymis Judææ proditio dedit. « Propter hoc exemplo venit perditio ipsius, intercisio, et contributio insanabilis⁶⁵. »

Quin et Isaias ait : « Ego suscitabo eum cum justitia regem : et omnes viæ illius rectæ. Ipse ædificabit civitatem meam, et captivitatem populi mei convertet, non cum pretio, neque cum muneribus. » Et iterum : « Dixit Dominus Sabaoth : Laboravit Ægyptus, et negotiatio Æthiopum, et Sabaæ viri excelsi ad te transibunt, et tui erunt servi, et post te sequentur victi manicis, et transibunt ad te, et adorabunt te; quoniam in te Deus est, et non est Deus absque te⁶⁶. » Quæ commemorat vates, ut verum Deum esse Christum credatis.

CAPUT LVIII.

De Sabbato Judæorum, et Dominica Christianorum.

JUD. Quamobrem vos honorem et gratiam Dominicæ tribuistis, quam apud nos Sabbatum habuit?

CHRIST. Certe multo æquius esse sanctam hæc Dominicam præ vestro Sabbato honorari, abunde est unde statuamus, non ex nostris solum sacris voluminibus, sed ex ipso adeo divino officio. Nam si requietem colimus, quanto magis operum exor-

⁴⁶ Isa. LII, 13-15. ⁴⁷ Isa. L, 4-6. ⁴⁸ Psal. XXI, 16. ⁴⁹ ibid. 21. ⁵⁰ Isa. LIII, 3-5. ⁵¹ Amos II, 6. ⁵² Zachar. XI, 12. ⁵³ Matth. XXVII, 9. ⁵⁴ Psal. XL, 10. ⁵⁵ Isa. III, 11. ⁵⁶ Psal. XXXV, 1. ⁵⁷ ibid. 3. ⁵⁸ Psal. CVIII, 6, 7. ⁵⁹ Matth. XXVII, 3-5. ⁶⁰ Psal. CVIII, 8. ⁶¹ ibid. 17. ⁶² ibid. 16. ⁶³ Act. I, 26. ⁶⁴ Prov. VI, 12, 13. ⁶⁵ ibid. 14, 15. ⁶⁶ Isa. XLV, 13, 14.

dium! Neque enim propterea honorandus est Adam, quod violando præcepto mortem incurrit (nam id quidem est extremum), sed quod primum Dei manibus factus est, atque formatus. Nam ecce hæc quidem est conformatio divina; altera vero transgressio humana.

Jam quanto hominibus sine comparatione præstant divina, quantoque est principium sine honoratius (siquidem illud molitionis causa est, hic rerum molitarum dissolutio), tanto est quoque Sabbato illustrior et augustior Dominica. Præterea constituto principio cogit necessitas finem consequi: at sinem esse principio non exstante, insolens est et inauditum. Præstat igitur Sabbato Dominica, idque ex iis quæ dicimus erit æptius.

Vicesima quinta mensis Nisan (ut vos Hebræi vocatis, nobis vero Martius est), Deus opificium cœpit; tricesima universum hoc omne perfecit, tricesima prima, quæ a cœpto opificio numeratur septima, requievit. Ac videte sane exitum veritatis. In hac Israelitarum ex Ægypto fuga, et in Chanaanæ transitus contigit; in hac promissæ terræ sortitio et ingressus fuit. In hac Gabriel archangelus Virgini ac Deiparæ læti nuntii verba attulit, quæ ex templo et Christi pro nobis sine semine conceptus et arcana incarnatio est secuta; in hac ejus ex mortuis resurrectio; ac verisimile est, in hac et communem omnium nostrum resurrectionem futuram, cum in vitam restitutus Christus iterum se tremendum præbebit, et incorruptum judicium exercebit, simulque grandis arcani inspectores ac præcones, divini apostoli, in duodecim sedibus iudicandis duodecim Israeliticis tribubus sedebunt. Cæterum desitutum quandoque Sabbatum, Deus Abrahamo vestro parenti aperuit in hæc verba: « Tu ergo custodies pactum meum, et semen tuum, in generationes suas ⁶⁷; » et iterum: « Circumcidetur ex vobis omne masculinum in generationibus vestris ⁶⁸; » ibidem: « Infans octo dierum circumcidetur: eritque pactum meum inter me et inter vos, in generationibus vestris ⁶⁹. » Videtis cum ortu fœderis etiam interitum? Non enim dixit: Hoc erit signum inter me et inter vos in pactum sempiternum (47). Neque id semel dixit, sed ter quaterque. Unde constat iudicium hoc neque in alteram ætatem, neque ad extrema usque statuendum; sed, Quoad animo meo collubebit, posteritatem vestram rectores atque reges habere. Ob id præcægit Israeli: « Non deficiet dux ex Juda, et princeps de femore ejus, donec veniant, quæ reposita sunt; et ipse erit expectatio gentium ⁷⁰. » At ubi venit Christus, non jam amplius huic generationi circumcisionis statutum fœdus durat, non vaticinium, non regnum, non pontificium, non Sabbatum, non jejunium, non

A libamentum, non Pascha, non festum. Merito igitur octavo die instituta circumcisio est, eum sancto atque mundo; nam in Levitico octavus, sanctus atque mundus vocatur, alteram novi fœderis a Christo patranda legem designans: « Septem dies tibi et bos, et jumentum, et mancipium servient, octavo libera erunt ⁷¹. » En octavum diem libertatis, quæ sanctam Dominicam prænotat, qua Deus noster Christus orbem terrarum a diaboli fraudibus liberavit.

Jam vero universum hoc septem ævis durare jussum est, auctore Salomone: « Ea partem septem, nec non et octo ⁷². » Id quod et magnus ille apostolus Paulus, Christi os, qui in tertium usque cælum conscendit, testatur in hæc verba: « Cum tradiderit regnum Deo et Patri Filius ⁷³, tum et ipsa creatura liberabitur a servitute ⁷⁴. » Igitur nondum cognito die octavo, jure septimus colebatur, ut feriatus; nam et instante illa, at nondum præsentate ætate octava, septem duntaxat hominibus ætates putantur.

Quemadmodum autem ævo illo octavo (quod futurum est, et nunquam finietur) non jam porro septem præcedentium memoria ulla agatur; sic Dominica, qui octavus libertatis dies est, præsentate Sabbati actione opus est nulla. Siquidem cum servituti subjaceret genus humanum, necessario et Sabbato opus erat, fœsis exiguam requietem ferente. At ubi jam dies octavus libertate omnia donavit, equis deinceps usus sit septimi? Ac si libet, considerate diligenter quemadmodum cum parentis vestri manna in deserto vescebantur, ut ait David: « Panem angelorum manducavit homo ⁷⁵; » cæteris diebus frugi et utilis erat mannae collectio, non in crastinum pro Judaica ingluvie manens, sed quæ satis esset diurno alimento: quod si Sabbato quis collegerat, inutilem prorsus sentiebat operam. Cæterum ex quo cœlestis ille panis, quem ut carbonem Isaias perspexit, et a cherubino (47'), qui forcipe eum ex ara sumpserat, contactus, abs Domino Deo exercituum audivit: « Ecce tetigi hoc labia tua, et auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur ⁷⁶; » ex quo, inquam, cœlestis ille panis benignitate æterni Patris, et sancti Spiritus ope in terram descendit, uti de se ipse clamat: « Ego sum panis, qui de cælo descendi ⁷⁷; » ex eo nec Sabbatum fit, nec quies, nec tenuis et exigua vita, nec moderata partitio, sed omni hora Christus æternam ac perennem vitam suis famulis largitur.

CAPUT LIX.

Panis propositionis, typus corporis Christi.

Quin et panis et vinum, quæ proferebat Melchisedech ⁷⁸, et panis propositionis, quos soli sacerdotes edebant ⁷⁹, corporis ac sanguinis Christi

⁶⁷ Gen. xvii, 9. ⁶⁸ ibid. 10. ⁶⁹ ibid. 12. ⁷⁰ Gen. xlix, 10. ⁷¹ Levit. xxiii, 36. ⁷² Eccle. vi, 2. ⁷³ I Cor. xx, 24. ⁷⁴ Rom. viii, 21. ⁷⁵ Psal. lxxvii, 25. ⁷⁶ Isa. vi, 7. ⁷⁷ Joan. vi, 41, 51. ⁷⁸ Gen. xv, 18. ⁷⁹ Exod. xxv, 50.

(17) Et tamen ibid. dicitur bis: v. 7 et 13.

(47') Seraphim.

sacrificium præsignabant. Nam etsi majores vestri A
panem illum, qui umbra quædam et exemplar esset
comederunt, at nihilominus eorum membra accide-
runt, in solitudine ⁷⁹; qui vero hoc pane vescitur,
quid a se accepturus sit, ipsemet Servator docet
in hanc sententiam: « Qui manducat meam
carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam
æternam ⁸⁰. » Quomobrem clamat Isaias: « Et
erit in die illa, radix Jesse, et qui consurgit, ut
princeps sit gentium; in ipso gentes sperabunt: et
erit requies ejus honor ⁸¹. » Et quæ alia autem ei
requies erit, atque honor, quam ad arcana illa
divina et munda cum timore et horrore accessus,
« perceptio (eorum)? Idem alibi: « Perit princeps,
qui conculcabat terram ⁸², » scilicet qui nos supplan-
tat malignus, de quo et meus Dominus ait: « Venit
B princeps mundi hujus, et in me non habet
quidquam ⁸³. » — « Dirigetur cum misericordia thronus
ejus ⁸⁴, » honor videlicet lapsi Adami. Est enim
thronus honoris signum. At quo pacto dirigetur?
« Per viscera misericordiæ Dei nostri ⁸⁵. » Et sedebit
super illum cum veritate in tabernaculo David,
id est, consors tribus ac gloriæ perennis
sedebit; « judicans et exquirens judicium, et faciens
misericordiam ⁸⁶. » Zacharias: « Venient populi
multi, et gentes plurimæ, ut quærant faciem Do-
mini ⁸⁷. » — « In die illa, dicit Dominus, disperdam
nomina idolorum de terra, et non erit ultra eorum
memoria ⁸⁸. » Et Isaias: « Die illa fideus erit
homo in eo qui fecit eum: oculi autem ejus in
sanctum Israel intuebuntur ⁸⁹. »

Atque hæc sancta œconomix Christi arcana
notabant, quibus percipiendis ipsam Servatoris
Christi sacrum corpus pretiosumque sanguinem
percipimus, ut ab eo edocti sumus: « Qui mandu-
cat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in
me manet, et ego in illo ⁹⁰. » Rursum ad discipu-
los: « Accipite et comedite: hoc est corpus meum.
Hoc facite in meam commemorationem ⁹¹. » Simi-
liter et de calice dicit: « Bibite ex hoc omnes. Hic
est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro
vobis et pro multis effundetur in remissionem pec-
catorum ⁹². » Sed hæc satis sunt de principe ac
regina dierum; nunc orationis axem ad resurre-
ctionis disputationem convertamus, ac rursus ora-
D cæteris omnibus Davidem contemplemur.

CAPUT LX.

De Christi a mortuis resurrectione.

« Tu exurgens miseraberis Sion, quia tempus
miserendi ejus, quia venit tempus. » Et ibidem:
« Edificabit Dominus Sion, et videbitur in gloria
sua: respexit in orationem humilium. » Quorum?
Qui ob flagitia mancipati, divina misericordia opus
habent. « Et non sprexit preccem eorum ⁹³. » Ne-

que enim ullum scelus est Dei benignitatem supe-
rans. Et post pauca: « Et populus qui creabitur, »
scilicet per evangelicam doctrinam, « laudabit Do-
minum ⁹⁴. » Idem rursus: « Verumtamen Deus redi-
met animam meam de manu inferi, cum acceperit
me ⁹⁵, » id est, cum assumpto meo temperamento,
et in corpore mortem sustinens, meam quoque
animam ab inferis, ut cæterorum, vindicabit, pro
quo et Isaias facit: « Resurgent mortui, et exper-
giscentur, qui in monumentis, et lætabuntur qui
sunt in terra ⁹⁶. » Prænunçians publicam resurre-
ctionem princeps Christus Dominus, ex mortuis
factus est primogenitus.

« Lætabuntur, inquam, qui sunt in terra: » ros
enim, qui a te, sanatio est. Et quis alius autem
ros medicina est nobis, quam sacri baptismi aqua,
unde expiamur, et illustramur? « Terra autem
impiorum cadet. » Impiorum terra, rebus terreis
delenta vis et natura est, quæ spretis divinis jussis
a Deo separata, cum inferorum principe habitare est
damnata: quæ et Deum hominem coram præsen-
te neque agnovit, neque adoravit. Nam Christus
in terris, et apud nos homines agens, non omnes
omnino servavit, sed eos qui se Deum agnoscerent
ac proflerentur. Ita et apud inferos, se agnosce-
ntes, atque ut Deum veneratos, sospitavit, in vitam-
que restituit: qui Id minime fecissent, eos cum
Orcinis spiritibus reliquit. Itaque et David sic
effatur: « Convertantur peccatores in infernum, om-
nes gentes, quæ obliviscuntur Deum ⁹⁷. » Et per
Ezechielem mortuis ait Deus: « Ecce ego aperio me-
morias vestras: et reducam vos de sepulcris ves-
tris, popule mi, et introducam vos in terram
Israel; et cognoscetis quoniam ego sum Dominus
vester, cum aperucro sepulcra vestra, ut educam de
sepulcris populum meum; et dabo spiritum meum
in vobis et vivetis ⁹⁸. » Quin et Orci directionem,
et vastitatem prævidens clamat David: « Deus
conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leu-
num confringet Dominus ⁹⁹. » Et Job: « Tibi, Do-
mine, aperiuntur metu portæ mortis, et fanitores
inferni videntes te timuerunt ¹. » Isaias: « Domine
Deus, glorificabo te, laudabo nomen tuum, quo-
niam fecisti admirabilia, consilium antiquum ve-
rum: quia posuisti civitates in tumultum, civitates
numitas, ut caderent fundamenta earum, civitates
impiorum in æternum vastabuntur: propterea be-
nedicet tibi populus pauper, et civitates hominum
injuriam sustinentium, te timentium. Fuisti enim
omni civitati humili auxiliator ². » Impios, opinor,
dæmones vocat, oppida munita, Orci regiam et
mortis domicilia; a quibus inopes, et non plenissimi
moribus cum virtute conjunctis detinebantur ac
possidebantur. Inopes enim sunt omnes qui virtutis

⁷⁹ Hebr. iii, 17. ⁸⁰ Joan. vi, 56. ⁸¹ Isa. xi, 17. ⁸² Isa. xvi, 4. ⁸³ Joan. xiv, 30. ⁸⁴ Isa. xvi, 5.
⁸⁵ Luc. i, 78. ⁸⁶ Isa. xvi, 6. ⁸⁷ Zachar. viii, 22. ⁸⁸ ibid. xiii, 2. ⁸⁹ Isa. xvii, 7. ⁹⁰ Joan. vi, 56.
⁹¹ Matth. xxvi, 26. ⁹² ibid. xxvii, 28. ⁹³ Ps. l. ci, 14-18. ⁹⁴ ibid. 19. ⁹⁵ Psal. lxxxiv, 16. ⁹⁶ Isa.
xxvi, 19. ⁹⁷ P al. ix, 18. ⁹⁸ Ezech. xxxvii, 12, 13. ⁹⁹ Psal. lviii, 7. ¹ Job xxxvii, 7. ² Isa. xxv,
1 seqq.

pes non obtinent. Itaque vates gratulabundus, non pro solo a Christo direpto, sed etiam munificentis ejus funditus eversis, ait: « Fuiſti auxiliator omni civitati humili, id est, animæ contritæ, nod et David proſtietur: « Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicias ». Nam Christo ad inferos descendente, non sanctorum animæ tantum beratæ sunt inde, sed omnes adeo prius in diaboli errore, et simulacrorum cultu servitutem serviens, aucti agnitione Dei, salutem sunt consecuti: vate et gratias agebant, Deum laudantes. Jam et dei Patris per Isaiam, hæc sunt ad Filium verba: Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tui; et dedi te in testamentum gentium, ut constitueres terram, et possideres hæreditates desertas, per desertas hæreditates inferos significans, quos omnino desertos atque vastos habuit Christus. Quin ut orationem exploratam redleret, subjungit: « Dicens his qui in vinculis sunt, Exite; et his qui in tenebris, ut revelentur ». Isaias addit, tanquam se hortarentur et impellerent invicem dicentes: « Eamus et revertamur ad Dominum Deum nostrum, quia ipse fecit nos et sanctificabit nos post dies duos ». Sentitis prophetam? Primum divinam naturam innuens ait: « Ipse fecit nos: » tum autem corporalem Christi mortem prætiagens: « Post duos dies, inquit, sanctificabit nos, » illud omnino ut præteritum, hoc ut futurum; denique ut utrumque ostenderet, audacter addit: « In die tertio resurgemus et vivemus cum eo. » Ezechiel etiam declarans Dei magnitudinem, ac quemadmodum sua sibi paranda resurrectione polleat, non de Christo modo, sed de omnibus quoque cum eo simul redvivis est vaticinatus. Cæterum qui multos suscitare potest, quanto magis seipsum poterit? Igitur diserte clamat: « Facta est super me manus Domini: et eduxit me in spiritu Domini et posuit me in medio campi: et hic erat plenus ossium hominum: et circumduxit me super ea per gyrum in circuitu: et ecce multa nimis super faciem campi, strida vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis, si videris ossa hæc? Et dixi: Domine, Domine, tu nosti hæc. Et dixit ad me: Fili hominis, propheta super ossa ista; et dices eis: Ossa arida, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus ossibus istis: Ecce ego affero super vos spiritum vitæ, et dabo super vos nervos, et inducam super vos carnem, et extendam super vos pellem, et dabo spiritum meum vobis: et vivetis: et cognoscetis quoniam ego sum Dominus. Et prophetavi, sicut præcepit mihi. Facta est vox, cum ego prophetarem; et ecce commotio: et accedebant ossa invicem ad junctionem suam. Et vidi: et ecce super ea nervi et carnes oriebantur; et ascendebant super ea pelles

A deuper: et spiritus non erat in eis. Et dixit ad me: Propheta super spiritum, propheta, filii hominis, et dic spiritui: Hæc dicit Dominus: A quatuor spiritibus (48) veni, et insuffla in mortuos istos, et vivant. Et prophetavi, sicut præceperat mihi. Et ingressus in eos est spiritus; et vixerunt, et steterunt in pedibus suis, congregatio multa iniis. Et locutus est Dominus ad me, dicens: Fili hominis, ossa hæc omnis domus Israel est: et ipsi dicunt: Arida facta sunt ossa nostra, perit spes nostra, dissonuimus. Propterea vaticinare, et dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego aperio memorias vestras: et reducam vos de sepulcris vestris, popule mi, et introducam vos in terram Israel. Hoc Ezechielis vaticinium complexivisse meum Jesum, docet evangelista in hæc verba: « Et ecce terra mota est, et petræ scissæ sunt, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis ». Isaias quoque ostendens Hierosolymam post excidium rursum illustrem futuram, sacram, auctam thesauro, Dei hominis Jesu sepulcro, clamat: « Aperientur portæ tuæ semper: die ac nocte non claudentur, et reges earum, qui adducendi sunt. Gentes enim et reges, qui non servient tibi, peribunt, et gentes solitudine desolabuntur ». Videtis ut de Christo vaticinium sit? Quæ enim gens, aut qui rex Hierosolymæ servivit, aut supplex accidit? Addit: « Et gloria Libani ad te veniet in cyparisso, et pino, et cedro simul, ut glorificetur locus sanctus meus: et locum pedum meorum glorificabo ». Explicato, quod Hierosolyma maneret, beneficio, aperit et auctorem; quasi diceret: Cum in pino et cedro, ac cupresso, ex quibus fabricata erat crux, Deum hominem Jesum videritis, tum ab eohæc omnia fient. Ae videte superiorum ex his quæ sequuntur, sententiam: « Et ibunt ad te timentes filii eorum, qui te humillaverunt ». Intelligitis accuratam prophetæ diligentiam? Nam quod dicit, hujusmodi est: Romanorum, qui te pridem affixerunt, posteri, formidolosi ac trementes modo ad te confluent. « Et adorabunt vestigia pedum tuorum, qui detrahebant (49) tibi (et irritabant te) ». Nam tum quidem ob Christi necandi scelus incolæ tui Imploratam Romanorum prætorem ad insaniam magis instigarunt; at nunc posteaquam vitæ fontem in pectore acaturientem tenes: « Adorabunt vestigia pedum tuorum qui irritabant te. Et vocaberis civitas Domini, Sion sancti Israel: pro eo, quod fuisti derelicta et odio habita ». Observate propheticam mentem. Cum ob interfectum Christum captiva ac deserta fueris,

¹ Psal. L, 19. ² Isa. XLIX, 8. ³ Ibid. 9. ⁴ Ose. VI, 1-3. ⁵ Ezech. XXXVII, 1-12. ⁶ Matth. XVII, 51, 52. ⁷ Isa. LX, 11, 12. ⁸ Ibid. 13. ⁹ Ibid. 14. ¹⁰ Ibid. ¹¹ Ibid.

(48) Με. παράτων.

(49) παροξύναντες.

tum merito magis Dei urbs vocabere, quod vitalem mortem in te Deus homo Jesus dormierit : « Et non erat qui auxiliaretur tibi ¹⁴, » præter me scilicet, qui in te sum exanimatus. « Et ponam te exultationem æternam, gaudium generationum generationibus ¹⁵. » Idem et Deiparens David ostendens, ait : « Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam ¹⁶ » — « Et suges Jac gentium ; » collaudationem ac fidem gentilium vates inquit, « et divitias regum comedes. » Opus regum, aut ab aliis allata munera, aut contractionem et simulacrorum ejectionem propheta significat : « Et scies, quia ego Dominus, qui salvo te, et qui eruo te Deus Israel ¹⁷. » — « Quandoquidem me, inquit per Jeremiam, beneficiis affecti non cognoverunt, captivi et servitute multati cognoscent ¹⁸. » Jacob vero ita loquitur : « Recumbens dormisti, ut leo, et quasi catulus leonis : quis suscitabit eum ¹⁹ ? » Et de confectis mœrore animis scribit David : « Clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum eripuit eos, sedentes in tenebris et umbra mortis, victos in mendicitate et ferro ²⁰, » inopia Dei notitiæ, ferro simulacrorum, cultus duritiæ. Et ibidem : « Portas æreas contrivit, et vectes ferreos confregit ²¹. » Et Isaias velut a Divinitate ad copulatum cum ea corpus : « Sic dicit Dominus Deus Christo meo : Apprehendam dexteram ejus, et exaudiam eum : ante faciem ejus gentes et fortitudinem regum dirumpam : aperiam ante eum januas, et civitates non claudentur. Ego ante te ibo, et montes complanabo, portas æreas conteram, et vectes ferreos confringam ²². » Et de animarum ex inferis liberatione ita Nahum : « Portæ civitatum apertæ sunt : et regalia conciderunt, et substantia revelata est (scilicet Dei hominis Christi) et ancillæ ejus ducebantur ²³, » sicut columbæ (animæ sanctorum Dei hominis Jesu divinitate affectæ) ; quibus addit Isaias : « Qui habitatis in regione et umbra mortis, lumen lucebit super vos ²⁴, » lucem appellans Filium, ut ex evangelista didicimus, ex persona Christi dicente : « Ego sum lux mundi : qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ ²⁵. » Quin Christus ipse per Davidem velut a corpore ad Deum et Patrem clamat : « Quoniam non derelinques animam meam in inferno : nec dabis sanctum tuum videre corruptionem ²⁶. » Agite vero, quid de hoc sancto censetis ? ecquid enim sanctus omnis corruptionem non sensit ? Apage sis. Unus duntaxat vero sanctus et a Deo electus, et qui corruptionem non viderit, Christus est.

CAP. LXI-LXII.

Christus mortuus corruptionem effugit.

Jud. Nos quidem neminem hominem morta-

¹⁴ Isa. lx, 15. ¹⁵ ibid. ¹⁶ Psal. cxlvi, 1. ¹⁷ Isa. lx, 16. ¹⁸ Jerem. xxxi, 31. ¹⁹ Gen. xlix, 9. ²⁰ Psal. cvi, 10, 13. ²¹ Psal. cvi, 16. ²² Isa. xlv, 1-3. ²³ Nahum ii, 6, 7. ²⁴ Isa. ix, 2. ²⁵ Joan. viii, 12. ²⁶ Psal. xv, 10. ²⁷ Joan. x, 18. ²⁸ Matth. xxii, 29.

lem, corruptionem aut interitionem (49') effugisse remur ; sin vos tenetis, doceri petimus.

CHRIST. In hæc tria humanam naturam partita est Dei providentia : in semen, augmentationem seu nutritionem, et in statum consistentiæ. Quam ob causam tria quoque ex nata consequuntur contraria : mors, corruptio, interitio. Quæ res evidens est ex funeralibus, quas obimus, feriis. Nam in morte sepulturam, in corruptela tertias quas vocamus ferias, in tertia quadragenarias obimus. Novendiales enim animarum instaurationi excogitatae sunt. Igitur quidam ante legem, et in lege, et post legem, ob præstantem in Deum amorem supra naturam luctati, corruptionem non senserunt, mortem passi.

B Cæterum meus Salvator atque Deus mortem passus est propter corpus, quod ex puro virginali sanguine, testandæ omnino humanæ saxe naturæ, contraxit. Nam si ob peccatum in orbem terrarum mors invasit, expers autem peccati Christus est, non habuisset in eo locum mors, nisi jussa paruisset ; corruptionem vero aut perniciem nequaquam sensit Dominicum corpus, cum nec satus quidem et corporea voluptas præcesserit ; neque in vitis conceptus, neque in peccatis enixus, ut ait David ; siquidem ubi hæc sunt, necessario et corruptio et perniciæ consequuntur. Servator autem mundi volens benigne humanum genus servare, ultra sublit interitum, id quod de se ipse testatur : « Potestatem habeo ponendi animam, et potestatem habeo iterum sumendi eam ²⁷, » atque id factum est post, ut omnibus omnino Adami posteris, quantum in eo esset, libertatem quæreret soluta corporis damnatione, in ipso corpore extincta morte.

CAPUT LXIII.

Christum post resurrectionem edisse, et in caelos ascendisse.

Jud. Quamobrem vero, quove pacto Christum redivivum, et incorruptum, neque jam caducis egentem cibus, rursum comedis, ac in caelos assumptum dicitis ? Itane homines quoque post (50) resurrectionem publicam epulati in caelos denique conscendent ?

D CHRIST. De his sane meus Servator certam sententiam dixit. Nam majoribus vestris quærentibus eum de quibusdam septem fratribus, qui omnes unam uxorem duxerant, ut fratri semen excitarent secundum legem, cujus ex septem esset, in resurrectione ? « Erratis, inquit, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei : in resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in caelo ²⁸. » Cæterum quod dubii scire quæritis, quod pacto post resurrectionem comederit, facile atque

(49') Διαθροάνν καταθροάνν.

(50) Nazianz. in Epiph. 235, 52.

explorate ex iis quæ tenetis, et questionem expeditam, et scrupulum dissolvam. Nimirum ut epulata est sancta Trinitas, invitata ab Abrahamo patriarcha, ut ejus facultates absumpsit ignis, cum quidem solidas hostias disseverit medias, et in frustra redegit; atque non dissecuit, sed cœlitus ignis delapsus consumpsit²²; quemadmodum et Eliæ memoria cum incendiarias victimas, et ligna, et aquam in scrobe et humum lambit ignis²³. Jam vero ut in cœlos ascenderit, et immortalī Patri dexter sedeat, rursusque in carne judicandis vivis ac mortuis venturus sit, prophetæ hic quoque, non ego, vobis prodent veritatem. Igitur Isaias Christi, cum corpore ascensum videns, et rei magnitudinem stupens ac demirans, clamat: « Quis est iste, qui venit de Edom, rubor vestium de Bosor? sic formosus in stola²⁴? » Intelligitis vatem? Cum in Christi humanitatem intueretur, ruborem vestium ejus, et de Bosor, dixit, quod erat carnis. At ubi in divinam naturam perspicaces mentis oculos rejecit, ait: « Sic formosus in stola? » Tum autem ut apertiore orationem redderet, velut a Deo homine, addit: « Ego qui loquor justitiam, et iudicium salutaris. » Justitiam (loquer) ut qui ad hominum salutem homo factus sim, qui a simulacris assistentes, et iis præstitam religionem atque honorem ad verum Deum transtulerunt. Iudicium salutaris, ut qui Deus existens, omnibus venturus iudex, sim unumquemque pro suis factis remuneratus. Cui sententiæ consonant illa Davidis: « Speciosus forma præ filiis hominum²⁵⁻²⁶. » Et iterum: « Deus iudex, justus, fortis, et patiens²⁷. » Sed Isaias volens insuper apertissime ostendere, nequam alium esse, qui de cœlo descendens, passus et sepultus inferos spoliasset, et alium qui e terra in cœlos eveberetur, interrogationem facit ad Servatorem: « Quare rubra sunt vestimenta tua, et indumenta tua sicut de calcato torculari, pleni percalcate? Quare ergo est rubrum indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari²⁸? » Atque ille quidem rogat in hunc modum, imitatusque Christum Dominum, qui sibi ipsi et sacrificus, et sacrificium fuit, rogans respondet, orationem fingens, quasi ille responderet. Ergo ait: « Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum²⁹. » Nam ut ei tempore passionis non opus erat duodecim legionibus angelorum (poterat enim vel solus se propugnare, et mortem effugere, si voluisset, quantumvis humanum quiddam loqueretur: « Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu³⁰ »: ita hic quoque torcular calcavit solus, nullius e gentibus opus habens. At in ascensu, quod idem Isaias rursus testatur, « Decies centena millia, et milles centena millia serviliter ei ministrabant³¹. »

A Deinde Christi præpotentiam; rerumque gestarum magnitudinem miratus inferi: « Non legatus, non angelus, sed ipse Dominus salvavit eos³². » Zacharias: « Hæc dicit Dominus: Ecce dies venit: et stabunt pedes ejus in die illa super montem Olivarum³³. » Pedes vero Dei non humans, non actuosam, quæ a pedibus manat, Dei facultatem intelligit, quemadmodum David eam quæ a manibus proficitur, manus appellavit his verbis: « Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me³⁴, » sed corporeos pedes significavit; nam eam ob rem, et diem et Oliveti montem commemoravit, ut humanam, et velut circumscriptam Christi naturam indicaret. David quoque Christi a mortuis resurrectionem, ac post eam in cœlos ascensum, et ejus quasi restitutionem in integrum volens quamliquidissime ostendere, inter se dubitantes copias cœlestes inducit; carmenque per interrogationem simul ac responsum detexens sic effatur: « Attollite portas principes vestras, et elevamini porte æternales, et introibit rex gloriæ³⁵. » Igitur hi ascendentem cum corpore gloriosum Deum conspicati, et insolenti spectaculo perculti, rogare: « Quis est iste rex gloriæ? » Illi contra respondere: « Dominus fortis et potens, Dominus potens in prelio³⁶, » contra mortem, inferos, et diabolum; calcata enim morte, direptis interiis, fracto diabolo, ut Deus fortis nunc ascendit; ergo « attollite portas principes vestras, » Angelicarem potestatum Domino, gloriosoque rege intraturo, id est, cum corpore Deo et Patri a dextris assessoro. Idem rursus de eodem ascendente: « Exaltare super cœlos, Deus, et in omnem terram gloria tua³⁷, quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua; et usque ad nubes veritas tua³⁸, » quasi diceret: Nunc jam omnes vatium præagitationes sunt completæ. Ante enim tuus in terram adventus, e virginali sanguine corporis assumptio, miracula, Judæorum ludibria, crux, supplicium, mors, sepultura, Orci direptio, mortis internecio, post triduum ex mortuis resurrectio, nunc te gloriose redivivo, misericordia tua usque ad cœlos magnificata est, et usque ad nubes veritas tua. Unde et lætus gratum carmen Domino Propheta decantans ab humana natura (erat enim illa misere paradiso exturbata, nunc egregia Christi benignitate revocanda, et ad majestatis dextram æterni Patris collocanda): « Quis loquetur, inquit, potentias Domini, et auditas faciet omnes laudes ejus³⁹? » Et iterum: « Ascendit Deus in jubilo, et Dominus in voce tubæ⁴⁰. » Alibi: « In sole posuit tabernaculum suum, » cum corpore assumptionem significans; et paulo post: « A summo cœlo egressio ejus, et occursum ejus usque ad summum ejus⁴¹. » Quibus verbis duplicem descensum e cœlis in terram, et sub terram, rursusque ex iis in cœlos ascen-

²² Gen. xviii, 3, 4. ²³ III Reg. xviii, 38. ²⁴ Isa. lxi, 1. ²⁵⁻²⁶ Psal. xlv, 3. ²⁷ Psal. vii, 12. ²⁸ Isa. lxi, 2. ²⁹ ibid. 3. ³⁰ Matth. xxvi, 39. ³¹ Dan. vii, 41. ³² Isa. lxi, 9. ³³ Zachar. xiv, 4. ³⁴ Psal. cxviii, 53. ³⁵ Psal. xxiii, 7, 9. ³⁶ ibid. 8, 10. ³⁷ Psal. lvi, 12. ³⁸ Psal. cvii, 6. ³⁹ Psal. cv, 2. ⁴⁰ Psal. xlv, 6. ⁴¹ Psal. xviii, 7, 7.

sum, et gloriæ potestatisque traditionem notat : ita enim et dilectus ille evangelista ait : « Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo »⁵⁵. Et de sanctarum animarum ex inferis liberatione, atque Unigeniti ascensu, et sessione ad dexteram Patris vaticinans, et ob eam honoremque humano generi præstitum ab Opifice et totius universi procuratore vehementer exsultans ac gavisus, inquit : « Dominus regnavit, decorem indutus est »⁵⁶, » excellentiam corporis ex interitu et post interitum ejus immortalitatem ita vocans.

Atque id ita esse ex sequentibus verbis planiorem habebitis dictorum sensum, ait enim : « Induit Dominus fortitudinem, et præcinxit se virtute »⁵⁷. » Ac videte, ut hæc de inseparabili assumpto dicat, neque nunc aut pridem viribus induta est Divinitas neque in posterum induetur ; sed ante sæcula, et nunc, et cunctis insuper futuris sæculis induta est. Neque ipsa solum per se valida est, sed omnibus aliis quoque eadem ut valeant, largitur. Qua de re Danielis sententia hæc est : « Et ecce quasi visio filii hominis : et erexit me super genua mea, et super vestigia pedum meorum ; et dixit ad me : Viriliter age, et confortare : et dum loqueretur mecum, confortatus sum »⁵⁸. » Hæc ille. Nos psalmodum carmina repetamus. « Parata est sedes tua ex tunc »⁵⁹, » quando? ex quo molindæ atque fabricandæ omnis creaturæ Patri consors factus es. Siquidem œconomia tuæ arcana, ab omni æternitate præstituta, extremis temporibus sunt perfecta. Addit, ut orationem illustret : « A sæculo tu es »⁶⁰. » Et paulo post : « Testimonia tua credibilia facta sunt nimis »⁶¹, » Id est, fixa et irrevocabilia tua præcepta, quale est, quod Deuteronomio Mosis ait Deus : « Descende et contestare populum »⁶², » ut accurate observent mysteriorum seu præceptorum rationem : « Domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierum »⁶³. » Domum Dei intellige divinitate affectum Christum assumptum : sanctitudo et longitudo dierum, est perennis æternaque durum naturarum unio, quæ discidium sit passura. Idem rursum : « Annuntiaverunt cæli justitiam ejus, et viderunt omnes populi gloriam ejus »⁶⁴. » Et adorantibus Filium angelis, ait : « Adorate eum, omnes angeli ejus »⁶⁵. » At Filio, qui adoretur : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virga directiois, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis »⁶⁶, » et tu, qui nunc carne vestitus ad cælum regrederis, « Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli : ipsi peribunt tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium

A mutabis eos, et mutabuntur : tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient »⁶⁷. »

Prophetæ Amos hæc sunt verba : « Qui ædificat in cælo ascensionem suam, et securitatem suam super terram fundat : qui vocat aquam maris et effundit eam super faciem terræ, Dominus omnipotens nomen ei »⁶⁸. » Est autem quod dicit ejusmodi : Deus ille omnipotens, universitatis architectus, qui reductas totius terræ aquas in conceptacula quædam coegit, degentibus in terra (51), ipse in carne degens, securitatem suam, quæ vera est religio, molitus fuit : solium vero suum in cælo fixit, notans assumptionem (qua assumptus in cælum sedet ad Dei Patris dextram).

CAPUT LXIV.

De Christi secundo adventu.

Consentanea sunt illa : « Et ascendit super Cherubim, et volavit super pennas ventorum »⁶⁹. » Atque alibi : « Exaltare, Domine, in virtute tua, cantabimus et psallemus virtutes tuas »⁷⁰. » Porro autem de secundo Christi adventu per Michæam Filio ait Deus : « Surge et tritura : quia cornu tua pōnam ferrea, et ungulas tuas ponam areas : et commines populos multos »⁷¹. » et iterum : « Surge judicare apud montes : et audiant colles vocem tuam. Audite, montes, judicium Domini, et valles, et fundamenta terræ ; quia judicium Domino adversus populum suum ; et cum Israel judicabitur »⁷². » Per Isaiam vero Deus sic : « Justitia mea non elongabitur : et salutem, quæ a me est, tardare non faciam »⁷³. » Sophonias : « Timete a facie Domini Dei, quia prope est dies Domini »⁷⁴. » Zacharias : « Hæc dicit Dominus omnipotens : Ecce Vir, Oriens nomen ejus ; et ab inferioribus ipsa orietur, et seledit super throno suo »⁷⁵. » Isaias vero iterum : « Indutus est justitiam quasi lorcam, et posuit galeam in capite : et circumdatus est vestimento vindictæ, et pallio zeli, quasi retributurus retributionem opprobrium adversariis suis, et vindictam hostibus suis : insulis vicem reddet. Et timebunt qui ab Occidente nomen Domini, et qui ab ortu solis nomen ejus inclutum. Veniet enim quasi fluvius violentus ira ejus : veniet cum furore. Et veniet ex Sion qui liberat, et avertet impietates a Jacob, dixit Dominus omnipotens »⁷⁶. » Et David : « Exsurge, Domine, in ira tua, et exaltare in finibus inimicorum tuorum : et exsurge, Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti, et synagogi populorum circumdabit te : et propter hanc in altum regredere : Dominus judicat populos »⁷⁷. » Vide ut apta et composita sit sententia. Explicata primum

⁵⁵ Joan. iii, 13. ⁵⁶ Psal. xcii, 1. ⁵⁷ ibid. ⁵⁸ Dan. x, 16, 18, 19. ⁵⁹ Psal. xcii, 2. ⁶⁰ ibid. ⁶¹ ibid. 5. ⁶² Exod. xix, 21. ⁶³ Psal. xcii, 5. ⁶⁴ Psal. xcvi, 6. ⁶⁵ ibid. 8. ⁶⁶ Psal. xlii, 7, 8. ⁶⁷ Psal. ci, 26. ⁶⁸ Amos ix, 6. ⁶⁹ Psal. xvii, 11. ⁷⁰ Psal. xx, 14. ⁷¹ Matth. iv, 13. ⁷² Mich. vi, 1. ⁷³ Isa. xlvi, 13. ⁷⁴ Soph. i, 7. ⁷⁵ Zach. vi, 12. ⁷⁶ Isa. lix, 17, 18, seqq. ⁷⁷ Psal. vii, 7-9.

(51) Imperfectus et obscurus sensus.

his verbis ex inferis resurrectione : « Exsurge, Domine in ira tua, » id est furore gloriæ tuæ ad Judææ internecionem : subjungit : « Exaltare in fluitibus inimicorum tuorum ; » in cælo una cum angelis super nubes conscendens : « Et exsurge, Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti, » quando? cum in terra corporatus visus es, et inter homines versatus. Gemini sunt autem et illa evangelistæ verba : « Tunc sedebit Filius hominis super sedem majestatis suæ : et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis ⁷⁵, » quod idem est cum illo prophético : « Et synagoga populorum circumdabit te. » Cæterum ut æternum ac perenne tempus significet, addit : « Et propter hanc (causam, ob verum nempe judicium) in altum regredere, » ostendens alium justum judicem esse nullum, nisi te solum, qui prius ad hominum salutem, post ad judicium e cælo descendisti, rursumque in cælos ascendisti. Ideoque charus ille discipulus tonat : « Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo ⁷⁶. » Jeremiæ quoque hæc sunt verba : « In tempore illo vocabunt Jerusalem solum Domini : et congregabuntur omnes gentes ad eam ⁷⁷. » Quin et Salomon ait : « Repelle iram a corde tuo, et aufer malitiam a carne tua : usquequo non obtenebrescet sol, et luna et stellæ non dabunt lumen suum ⁷⁸. » his verbis secundum Christi adventum innuens, cum universum hoc omne mutabitur, et quasi refingetur. Et David : « Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, convenerunt in unum : ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos : ibi dolores, ut parturientis ⁷⁹. » Et Michæas : « Ecce dies Domini venit ardens ut cilbanus : et comburet : erunt omnes impii et peccatores, sicut stipula ; et succendet eos dies veniens : et non relinquetur ex eis ramus, neque radix ⁸⁰. » Aggæus : « Adhuc semel ego commovebo omnes gentes ⁸¹. » Isaias : « Induam cælum tenebris, et quasi cilicium ponam operimentum ejus ⁸². » David : « Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum : ex Sion species decoris ejus : Deus manifeste veniet ⁸³. » Non, ut ante, mansuetus, quasi mitis agnus, quasi gutta leniter in vellus defluens, quasi ovis ad cædem pertracta, et quasi agnus innocens ducendus ad victimam ; sed gloriose veniet, id est, regie, atque ut Deum decet, augustis stipatus angelis, cunctisque copiis cælestibus comitatus, ab omni æternitate, in omnemque æternitatem, et insuper regnans. Igitur « veniet Deus noster, et non silebit : ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida. Advocabit cælum

desursum, et terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia ⁸⁴. » Et alibi : « Semel locutus est Deus ; duo hæc audivi ; » quænam illa? in terra Deus, in cælis homo. Adit orationem confirmans : « Quia potestas Dei est : et tua, Domine, misericordia : quia tu reddes unicuique juxta opera sua ⁸⁵. » Eunque secutus Paulus vociferatur : « In eo enim, in quo passus est ipse, potens est et eis, qui tentantur, auxiliari ⁸⁶. » Et per Sophoniam Deus Pater confirmat : « Et tribulatio homines et ambulabunt ut cæci, quia Domino peccarunt ⁸⁷. » Videtis? non dixit : Quia mihi peccarunt, sed, « Domino ; » charissimo enim Filio pœnas irrogarunt, secundum assumptum. Ideo « effundam sanguinem eorum sicut pulverem, et carnes eorum sicut stercora boum : et argentum eorum, et aurum eorum ventilabo tanquam pulverem ; et non poterit ertere eos in die iræ Domini : quoniam in igne zeli ejus consumetur omnis terra ⁸⁸. »

Observate sane, non ait : « In die iræ meæ, sed : « In igne zeli ejus, » Unigenito judicii potestatem tribuens. Itaque et meus Servator ait : « Neque Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio ⁸⁹. » Et de Filio David : « Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus ⁹⁰. » En ut Deus iterum veniet corporatus ; nam quas alias inimicitias Christo potuerunt homines objicere, secundum divinam ejus et immortalem naturam, nisi humana supplicia, quæ a Judæis sustinuit? Quapropter vae illius inimicis ea die. Idem rursus : « Annuntiabunt cæli justitiam ejus : quoniam Deus judex est ⁹¹. » Ezechiel vero sic habet : « Consurgant, ascendant omnes gentes in vallem Josaphat ; quia ibi sedebis, ut judicem omnes gentes in circuitu. Emitte falces, quoniam maturavit messis ; introite, calcate, quia plenum est torcular ; redundant torcularia, quia repleta sunt mala eorum. Sonitus exauditi sunt in valle justitiæ : sol et luna obtenebrabuntur, et stellæ occidere facient splendorem suum : Dominus autem de Sion clamabit, et de Jerusalem dabit vocem suam : et movebitur cælum et terra. Dominus autem parcat populo suo ⁹². » Et Moses : « Judicabit Dominus populum suum : et in servis suis consolabitur ⁹³. » Servos appellans sanctos, qui et meditantur justitias ejus, et faciunt mandata ejus. *Populum* vocat impios et nocentes peccatores : unde hos judicabit, in illis consolabitur ⁹⁴. Isaias hæc ita prosequitur : « Ecce Dominus sicut ignis veniet, et sicut procella currus ejus, reddere in furore ultionem suam, et increpationem suam in flamma ignis ; in igne enim Domini judicabitur omnis terra ⁹⁵. » David : « Læ-

⁷⁵ Matth. xxv, 31. ⁷⁶ Joan. iii, 13. ⁷⁷ Jere. iii, 17. ⁷⁸ Eccl. xi, 10 ; xii, 2. ⁷⁹ Psal. xlvii, 5, 6. ⁸⁰ Malach. v, 1. ⁸¹ Agg. ii, 23. ⁸² Isa. l, 5. ⁸³ Psal. xlix, 1. ⁸⁴ ibid. 3, 4. ⁸⁵ Psal. lxi, 12, 13. ⁸⁶ Hebr. 2, 18. ⁸⁷ Soph. i, 17. ⁸⁸ ibid. 18, 19. ⁸⁹ Joan. v, 22. ⁹⁰ Psal. lxxxix, 3. ⁹¹ Psal. xlix, 6. ⁹² Iuxta Joel iii, 12-16. ⁹³ Deut. xxxii, 36. ⁹⁴ II Mach. vii, 6 ; Psal. cxxxiv, 14. ⁹⁵ Isa. lxi, 15.

ventur cœli, et exsulet terra : commoveatur mare A fore, et peccatorem in æternum) comburendum et pleuitudo ejus : gaudebunt campi, et omnia que servatum (53) iri *. » Et id quidem integrum mansurum, et peccatorem in æternum comburendum a facie Domini, quia venit : quoniam venit judicare reservatum iri. Licet ipsi illud quod non consumat (54), et semper in flamma retineat, argumentum terram. Judicabit orbem terræ in æquitate, et populos in veritate sua **. » Itane, vates? cum mortales omnes horrere atque ad Dei aspectum tremere alii prophetae prædicant, tu cœlum, terram, saltus, atque colles gaudere ac ovare canis? Sane, inquit : Nam veniens Deus iis qui se ut Deum agnoverint, et præcepta servaverint, immortalitatem, perennem vitam, atque regnum largietur; dicet enim : « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi **'. » Quod si omnes campi, cunctæque arbores silvestres gaudebunt et ovabunt, at in priore adventu, tunc enim gaudium, et ovationem omnia nacta sunt : cæterum in secundo justii duntaxat iis potientur. Siquidem execrabilia, atque in exteriorum ignem abeuntes, ingentem, intolerabilem, acerrimam ustulationem sentient. Quare cum dicit, « Quia venit, » priorem adventum significat; cum repetit, « Quoniam venit judicare terram, » alterum repræsentat, quo non libertas atque salus, sed damnatio ac supplicium agitur. Nam Creator et Dominus cum inclinans cœlos descendit, ac benignitatem suam probavit; tum de humanitate, tum de judicio testatus est : de illa cum ait : « Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet : et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum **'. » Tandem alibi declarat benignitatem : « Non veni vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam **'. » De judicio agens ita loquitur : « Si non venissem, et locutus fuisset eis, peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo *; » et rursus : « Qui me negaverit coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est *. » Atque id verum esse ostendit Vates : « Confundantur omnes qui adorant sculptilia, et qui gloriantur in simulacris suis *. » Idemque de perditæ sceleratis : « Imple facies eorum ignominia, et quærent nomen tuum, Domine. Erubescant et conturbentur in sæculum sæculi : et confundantur et pereant *. »

Docent autem poenarum finem fore, et piaculari igne peccata consumptum iri existimant, ac sic denique ad perennem vitam atque voluptatem transire expectant, interpretatione illius Pauli sententiæ : « Quia in igne revelabitur; et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit : si cuius opus arserit, detrimentum patietur : ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem *. » Sed (52) enim nentiquam suppliciorum finem hæc astruunt, sed contra potius eorum augmentum; (et id quidem semper

* Psal. xcv, 11, 12. ** Matth. xxv, 34. ** Joan. ii, 25, 26. ** Matth. ix, 13. * Joan. xv, 22. * Matth. x, 55. * Psal. xcvi, 7. * Psal. lxxxii, 17. * I Cor. iii, 13, 14. * ibid. 15. * Psal. lxxv, 11, 12. * Psal. lxxxii, 19. * Isa. lxvi, 25. * Dan. xii, 2, 3. * Matth. xxv, 46.

(52) Interpres omisit 12 lineas.
(53) 1^a 3609.

(54) Vel forte consumat.

emundam sicut argentum, et sicut anrum ¹⁵. » A Quid illi Davidis geminum est : « Ignis ante ipsam præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus ¹⁶. » Salomon ita rem proponit : « Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione inexpectatæ salutis ¹⁷. »

Cæteram David non iudicium modo, sed locum adeo iudicii prodidit, in hæc verba : « Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus : Stantes erunt pedes nostri in atriis tuis Jerusalem : Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum; illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel, ad constituendum nomini Domini : quia illic sederunt in iudicio, sedes super domum David ¹⁸. » Et Isaias : « Tunc stabit in iudicio Dominus, et statuet ad iudicium populum suum. Ipse Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi, et cum principibus ejus ¹⁹. » Et rursus : « Hæc dicit Dominus. Die illa illucescet Deus in consilio cum gloria super terram, ut exaltet et glorificet residuum Israel. Et erit, quod reliquum fuerit in Sion, et quod remanserit in Jerusalem, sancti vocabuntur omnes scripti ad vitam in Jerusalem. Abluet enim Dominus sordem filiorum et filiarum Sion, et emundabit sanguinem de medio eorum in spiritu iudicii, et spiritu combustionis ²⁰. » Ubi per duo iudicia requietem atque penam significat. « Et veniet Dominus, et erit omnis locus montis Sion, et omnia quæ in circuitu ejus sunt, obumbrabit nubes per diem, et tanquam fumo, et luce ignis ardente per noctem, et omni gloria protegetur. Et erit in umbram ab astu per diem, et in protectionem, et in absconsionem ab asperitate et pluvia ²¹. » « Et humiliabitur homo, et dehonorabitur vir, et oculi sublimes humiliabuntur; et exaltabitur Dominus Sabaoth in iudicio, et Deus sanctus glorificabitur in justitia ²². » Et alibi : « Prope est dies Domini, et contritio a Deo veniet. Propter hoc omnis manus dissolvetur, et omnis anima hominis formidabit. Turbabuntur legati, et dolores eos tenebunt, quasi mulieris parturientis : et condolebunt alter ad alterum, et stupebunt, et faciem suam quasi flamma, mutabunt. D Ecce enim dies Domini venit insanabilis, furoris et iræ, ad ponendum orbem terræ desertum, et peccatores perdendos ex eo. Stellæ enim cæli et Orion, et omnis ornatus cæli, non dabunt lumen; et obtenebrabuntur oriente sole; et luna non dabit lumen suum. Et mandabo universæ terræ mala, et impiis peccata eorum; et perdam superbiam iniquorum, et contumeliam superbiorum humiliabo. Et erunt qui derelicti fuerint, honorati magis quam aurum

12. In ipsa Jerusalem sub imperatoribus Græcis erant monasteria et ædes sacræ, numero 365; quæ omnia nunc in potestatem impiorum cessere. Ad locum orientalem sancti sepulcri intus Jerusalem, prope stadiorum quatuor intervallo, conspiciuntur Sancta sanctorum, et templum in quo docebat Dominus. Intus Sancta sanctorum occisus est Zacharias, pater Præcursoris, eodemque in templo propheta Simcon in ulnis gestavit Dominum.... marnio-

¹¹ Matth. iv, 19

rels, et catenâ pendent. Et, cum Christianus ingreditur, commovetur, licet nunc, ob Agarenos, nemini aditus pateat. Ibidem etiam est mensa, a Deo appensa. Templum est ingens et rotundum, cum trulla plumbo contacta, intus forisque musivo depicta. Habet et atrium, in cujus parte orientali est porta, quatuor januis constans, per quam transiit Christus cum palmis et ramis; et ad hunc diem clausa est. Propeque etiam est atrium Pilati, et Caiphæ prætorium, pauloque infra Probatica piscina, ab Hebræis Bethesda dicta, quinque porticus habens; propeque eam templum; distatque a sacro sepulcro stadia tria. Proxime est ædes Joachimi et Annæ matris Deiparæ: a quo non longe est cœnum, in quod Hebræi projecerunt Jeremiam. Distat a sacro sepulcro stadia quatuor. Et hæc quidem monasteria, et extra et intra Jerusalem, et in Jordane ipsæ, numerantur.

μίαν. Ἀπέχει ἀπὸ τῶν ἁγίων τάφων στάδια δ'. Ταῦτα δὲ ἔξω τῆς ἁγίας πόλεως, καὶ εἰς τὸν Ἰορδάνην.

13. Medio in itinere fons Apostolorum manat. A quo parum abest sancti Euthymii monasterium, in summitate montis situm. Distat ab urbe Jerusalem millia quindecim. Et infra conspicitur monasterium Deiparæ. Ibidem loci Josue filius Nave, angelum intuitus, dixit: *Noster es?* et respondit angelus: *Princeps sum exercitus Domini, et nunc venio ad te.* Et Josue adoravit eum; et angelus dixit: *Solve calceamentum de pedibus tuis; locus enim, in quo stas, sanctus est? nunc accipe arcem fœderis, et progredere adversus Jericho, ut muri funditus corruant civitatis* 13. Apud Jericho sunt aquæ salis maris, quas in dulces mutavit Moyses. Estque prope Sycomorus, quam ascendit Zacchæus, ut Christum prospiceret. Supereminetque mons, in quo Christus jejunavit dies quadraginta; tum esurii; et accedens dæmon, dixit: *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Et Dominus respondit: *Vade retro, Satana* 14, et quæ sequuntur, et illico disparuit. Distat ab urbe Jerusalem viginti milliarum. Ab eo loci versus solitudinem visitur monasterium sancti Joannis Præcursoris. Monasterium præterlabitur Jordanes fluvius, in quo Joannes Dominum nostrum Jesum Christum baptizavit. Ibidem, in margine fluvii, Joannes aspexit divinam Triadem. Et trans Jordanem spelunca est, in qua ille quiescebat. Inde etiam Elias in curru igneo raptus est. Distat Jordanes fluvius ab urbe Jerusalem milliarum triginta. Trans Jordanem quoque sunt montes excelsi, super quibus ascendens Moyses, versus Jerusalem orabat; eodemque loci sepultus est. In interiore solitudine, beata Mariæ Ægyptiæ sepulcrum cernitur, quam invisit abbas Zosimas, et tumulavit. Regionem illam beata inhabitaverat annos quadraginta septem. Distat ab urbe Jerusalem iter dierum octo.

Α Χριστὸν... μαρμαρέναις, καὶ κρεμοῦνται μὲ ἄλυσεν καὶ ὄταν σθεῖαι Χριστιανὸς, ταράσσεται. Ὅμως διὰ τοὺς Ἄγαρηνοὺς οὐδὲν ἐμπορεῖ εἶναι νὰ σέβῃ ἔσω. Καὶ μέσα αὐτοῦ ἔναι καὶ μία τράπεζα θεοκρίμαστη. Ἔναι καὶ ὁ ναὸς μέγας στρογγυλοειδῆς. Καὶ μὲ τροῦλλα μολιθοσκεπαστὴ ἱστορισμένην ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν μετὰ μωσίου. Ἔχει καὶ αὐτὴν μίαν, καὶ εἰς τὴν μίαν μερίαν τῆς αὐτῆς κατὰ ἀνατολὰς ἔναι ἡ τετράπορτος πύλη, ὅπου ἐπέρασεν ὁ Χριστὸς μετὰ βαλῶν καὶ κλάδων. Καὶ ἔναι κεκλεισμένη ἔως τῆς σήμερον. Αὐτοῦ χοντὰ ἔναι τοῦ Πιλάτου ἡ αὐλὴ, καὶ τοῦ Κατάφα τὸ πραιτώριον. Παρακάτω δὲ αὐτοῦ ἔναι ἡ Προβατικὴ κολυμβήθρα, ἡ κατὰ Ἰουδαίους Βηθεσδά, πέντε στυὰς ἔχουσα. Ἔχει καὶ ναὸν αὐτοῦ χοντὰ. Ἀπέχει ἀπὸ τῶν ἁγίων τάφων στάδια γ'. Αὐτοῦ πλησίον ἔναι ὁ οἶκος τοῦ Ἰωακαὶμ, καὶ τῆς Ἄννης τῆς μητρὸς τῆς Θεοτόκου. Αὐτοῦ πλησίον ἔναι ὁ βόρβορος, ὅπου ἔρηξαν οἱ Ἑβραῖοι τὸν Ἰερουσαλήμ, δ

1γ'. Καὶ μέσα εἰς τὸν δρόμον ἔναι ἡ βρύσις τῶν Ἀποστόλων. Καὶ εἰς ὀλίγον τόπον ἔναι τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Εὐθυμίου, καὶ ἔναι ἐπάνω εἰς ὄρος. Ἀπέχει ἀπὸ τὴν Ἰερουσαλήμ μιλία ι'. Καὶ παρακάτω ἔναι τὸ μοναστήριον τῆς Θεοτόκου. Αὐτοῦ εἶδεν ὁ Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπεν Ἐμμέτερος εἶμι καὶ ὁ ἄγγελος εἶπεν Ἐγὼ ἀρχιστράτηγος Κυρίου παραγγέλοντά σοι. Καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ· καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος Ἀὔσαι τὸ ὄνομα ἐκ ποδῶν σου, ὁ γὰρ τόπος ἁγιός ἐστι· γὴν λάβε τὴν κιβωτὸν, καὶ εὐς διαθήκας, καὶ ἔλθε ἀπέναντι Ἰερικῶν, ἵνα χαλασθῶσι τὰ τεῖχη αὐτῆς. Αὐτοῦ εἰς τὴν Περιχῶ ἔναι τὰ ἀλμυρὰ ὕδατα τῆς θαλάσσης, ἔνθα μετέβαλεν εἰς γλυκύτητα ὁ Μωϋσῆς. Αὐτοῦ ἔναι ἡ Συκομορῆα, ὅπου ἀνέβη ὁ Ζαχαρίας, ἵνα ὦν τὸν Χριστὸν. Αὐτοῦ ἀνωθεν ἔναι τὸ ὄρος ὅπου ἐνήστευσεν ὁ Χριστὸς ἡμέρας μ', ὕστερον ἐπείρασεν, καὶ ἔλθων ὁ δαίμων· Εἰ Ἰλὸς εἰ τοῦ Θεοῦ, εἶπε ἵνα οἱ λίθοι ἄρτοι γένωνται. Καὶ ὁ Χριστὸς εἶπεν Ὑπάγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, καὶ τὰ ἐξῆς, καὶ εὐθὺς ἄφαντος ἐγένετο. Ἀπέχει ἀπὸ Ἰερουσαλήμ μιλ. κ'. Ἀπ' αὐτοῦ κατὰ πρὸς τὴν ἔρημον τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου. Αὐτοῦ εἶναι καὶ ὁ Ἰορδάνης ὁ ποταμὸς, ὅπου ἐβάπτισεν ὁ Ἰωάννης τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Αὐτοῦ εἰς τὸ χεῖλος τοῦ Ἰορδάνου ἔναι ὁ Ἰωάννης τὴν ἁγίαν Τριάδα. Ἔναι καὶ τὸ σπήλαιον πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου ἐσύγαζεν. Αὐτοῦ ἠρώαγη καὶ ὁ Ἕλλης ἐν ἔρημῳ πυρός. Ἀπέχει ὁ Ἰορδάνης ποταμὸς ἀπὸ τὴν Ἰερουσαλήμ μιλία λ'. Ἡ δὲ πέραν τοῦ Ἰορδάνου ἔναι ὄρη τὰ ὕψηλά. Καὶ ἀπάνω εἰς τὰ ὄρη τὰ ὕψηλά ἦλθεν ὁ Μωϋσῆς, καὶ ἐπροσεύχετο εἰς Ἰερουσαλήμ· καὶ αὐτοῦ ἔναι ὁ τάφος του. Εἰ δὲ μέσα εἰς τὴν ἐσωτέραν ἔρημον ἔναι ὁ τάφος τῆς ὁσίας Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας, ὅπου τὴν ἤρπεν ὁ ἀδελφὸς Ζωσιμᾶς, καὶ ἔθαψέ τὴν, καὶ ἡ ὁσία ἐποίησε χρόνους μ'. Ἀπέχει ἀπὸ τὴν Ἰερουσαλήμ ἡμερῶν δρόμον γ'.

13 Josue v, 14 seqq. 14 Matth. iv, 3, 4.

15. Ἡ δὲ δεξιὰ τοῦ Ἰορδάνου εἶναι τὰ Σόδομα, A καὶ τὰ Γόμορρα, καὶ ἡ Νεκρὰ θαλάσση, καὶ ὁ τόπος τοῦ Ἀὼτ, καὶ αὐτοῦ μέσα εἶναι ἡ κλιμακίς. Ἀπέχει ἀπὸ τὴν Ἱερουσαλήμ μιλ. λ'. Αὐτοῦ εἶναι τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Γερασίμου, ὅπου ἰδοῦλε τῶν ἁγίων. Καὶ ἀνώθεν πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ μέσα εἰς τὰ ὄρη εἶναι ἡ λαύρα τοῦ ἁγίου Σάβα. Αὐτοῦ εἶναι καὶ ὁ τάφος του. Καὶ τὸ μοναστήριον εἶναι εἰς τὸν χειμάρρῳν. Καὶ ἀποκάτω τοῦ μοναστηρίου εἶναι ἡ πηγὴ ὅπου τὴν εὐγαλεν ὁ ἄγιος διὰ προσευχῆν. Καὶ ὁ ναὸς εἶναι μὲ τρούλλην, εἶναι καὶ ζωγραφισμένη μετὰ λαζούρη. Αὐτοῦ εἶναι καὶ τὸ κελλὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Ἀμασκηνοῦ. Αὐτοῦ ἔγραψεν τὸ, *Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς, ὁμοίως καὶ τὴν Ὀκτώηχον*. Εἶχε καὶ τὸν καιρὸν τοῦ ἁγίου Σάβα καλοῦντος χιλίους δέκα τεσσαύρους. B Ἀπέχει ἀπὸ τὴν Ἱερουσαλήμ μιλ. ιβ'. Ἀναβαίνοντας εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ ἀπάνω εἰς ὄρος εἶναι τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Θεοδοσίου τοῦ κοινοδιάρχου. Ἀπέχει ἀπὸ τὴν Ἱερουσαλήμ μιλία η'. Καὶ ἀνώθεν αὐτοῦ εἶναι τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου προφήτου Ἠλιοῦ, καὶ εἶναι μέσα εἰς τὴν ὁδὸν ὅπου παγῆται εἰς τὴν Βηθλεέμ. Καὶ εἶναι ὁ ναὸς μὲ τρούλλαν. Καὶ αὐτοῦ ἐκοιμήθη, καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος· *Ἀνάστα, φάγε, ὅτι μακρὰ ἡ ὁδὸς σου*. Καὶ αὐτοῦ εἰς τὸν χειμάρρῳν ἔβαρεν ὁ Ἰωσήφ τὴν Θεοτόκον, ἵνα λάθρα ἀπολύσῃ αὐτὴν. Καὶ ἦλθεν ὁ ἄγγελος, καὶ εἶπεν· *Ἰωσήφ, υἱὸς Δαυὶδ, μὴ φοβηθεῖς, παραλαβε νύμφαια τῆς Μαρίας σου, τὸ γὰρ ἐξ αὐτῆς γεννηθῆν, ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐστίν*.

16. Ἀπ' αὐτοῦ ἐρχομένου εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν Βηθλεέμ, μέσα εἰς τὴν ὁδὸν, εἶναι τὸ μνημεῖον τῆς Ραχὴλ μὲ κουβούκλην πέτρινον. Καὶ αὐτοῦ σιμὰ εἶναι ἡ ἁγία Βηθλεέμ, ὅπου ἐγεννήθη ὁ Χριστός. C Ἔναι ὁ ναὸς τῆς ἁγίας Βηθλεέμ μακρὸς μετὰ σκευῆς ξυλίνης, καὶ σκεπασμένη μετὰ μολύβδου, καὶ εἶναι ἱστορισμένη μετὰ μωσίου χρυσοῦ. Καὶ μέσα εἰς τὸν ναὸν ἔχει κολόνας ν'. Καὶ τὸ ἔδαφος τοῦ ναοῦ μαρμαρέϊνον. Καὶ εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ ναοῦ ἔχει βαπτιστήραν παρφυρὴν ὠραιότατον. Καὶ ἀριστερὰ τοῦ βήματος καταβαίνει σκαλίαι ιδ'. Καὶ ἐπίσκεις σπήλαιον ὅπου ἐγεννήθη ὁ Χριστός. Ἡ Γέννησις εἶναι ἀνατολικὰ καὶ εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ σπηλαιοῦ εἶναι ὁ τόπος ὅπου ἔχωσεν ἡ Σαλώμη τὸ νερὸν ὅπου ἔλουσε τὸν Χριστόν· καὶ ἐγένη μύρον ἀλάδατρον. Ἐτοῦτο τὸ μύρον εἶναι ὅπου εἰλεψεν ἡ πόρνη τὸν Κύριον τῆ ἁγία καὶ μεγάλη τετράδι. Ἔχει κανδήλαις ι'· καὶ ὅλον τὸ σπήλαιον εἶναι ἐνδύμενον. Ἀμήν.

14. Dextrum Jordanis latus occupant Sodoma, Gomorrha, mare mortuum, et Loti regio inter qua infernus latet. Distat ab urbe Jerusalem milliaria triginta. Ibidem est monasterium sancti Gerasimi, qui sanctis ministrabat. Supraque, versus Jerusalem, inter colles, est monasterium sancti Sabae, et illius sepulcrum. Monasterium exaedificatum est propter torrentem. Sub monasterio fons scaturit, quem ille precibus a Deo impetraverat. Templum trulla erigitur, eaque colore caeruleo imbuta. Prope est cella sancti Joannis Damasceni, in qua composuit Troparium, *Dignum est vers*, et Octoechum. *Ætate sancti Sabae habitabatur a monachis mille et duodecim*. Distat ab urbe Jerusalem milliaria quatuordecim. Versus Jerusalem, super montem, monasterium sancti Theodosii cenobiarchae extractum est. Distat ab urbe Jerusalem milliaria octo; supraque illud, monasterium sancti Eliae prophetae; adjacetque media in via, qua Bethleem itur. Templum trullatum est, ibique somnum cepit, cui dixit angelus: *Surge, manduca; longa enim est via*¹⁴. Inibi in torrentem tulit secum Deiparam Josephus, ut clam dimitteret; cui accedens angelus dixit: *Joseph, filii David, ne timeas; accipe tibi uxorem Mariam; quod enim ex ea nascetur, ex Spiritu sancto est*¹⁵.

15. Inde procedenti in sanctam Bethleem, in via sese offert monumentum Rachel, cum saxeo cubiculo. Propeque est sancta Bethleem, in qua natus est Christus. Templum est praelongum, structura lignea, plumbo tecta, et musivo aureo colorata. In templo sunt columnae quinquaginta; pavementum ex marmore. In parte dextra templi conspicitur baptisterium porphyreum pulcherrimum. A sinistra beatis descenditur per gradus quatuordecim in speluncam, in qua natus est Christus. Nativitas orientem respicit: et in dextra parte speluncae locus est, in quo Salome aquam, qua laverat Christum, abscondit; quae facta est unguentum, in alabastris reponi solitum. Id unguenti est, quo meretrix, sancta magna feria quarta, unxit Dominum. Pendent lampades decem; et spelunca qua quaversum circumvestita est. Amen.

¹⁴ III Reg. xxi, 7. ¹⁵ Matth. i, 20.

INCIPIT TRACTATUS

DE

DISTANTIIS LOCORUM TERRÆ SANCTÆ,

QUEM COMPLAVIT

EUGESIPPUS.*

Vertamus eia stylum nostrum, amentes initium **A** vere mortuum, quia nihil vivum recipit: et mare a Chebron, quæ et Hebron. Hebron olim Metropolis Philistinorum, et habitaculum gigantum, in tribu Juda civitas sacerdotalis, et fugitivorum. Hebron sita fuit in agro illo, in quo summus dispositor patrem nostrum plasmavit Adam, et inspiravit. Hebron, Cariatharbedicitur; quod Saracenicè sonat, Civitas quatuor; eo quod quatuor ibi reverendi Patres in spelunca duplici consepulti fuere, summus scilicet Adam, Abraham, Isaac, et Jacob; et eorum uxores quatuor, scilicet, Eva, mater nostra, Sara, Rebecca, Lia. Est autem Hebron juxta Vallem lacrymarum sita. Vallis lacrymarum est dicta, eo quod centum annis in ea luxit Adam filium suum Abel: in qua et monitus postes ab Angelo, cognovit suam uxorem; ex qua genuit filium suum Seth; de cujus tribu erat Christus oriundus. Duo milliaria ab Hebron, sepultura Loth, nepotis Abraham. In Hebron habetur quidam ager ejus gleba rubea est: quæ ab incolis effoditur, et per Ægyptum venalis asportatur, et, quasi pro specie, carissime emitur. Prædictus ager, in quantum late et profunde effossus fuerit, in tantum divina dispositione in anno futuro redintegratus reperitur. Juxta Hebron mons Mambre ad radicem ejus Terebinthus illa, quæ diu vocatur, id est, Hex, aut quercus. Secus quam per multum temporis spatium mansit Abraham: sub qua quidem tres angelos vidit, et unum adoravit; hospitioque susceptos, dignus, prout potuit, fovit et pavit: **C** uade primus comedendi via dictus est. Illex prædicta ex tunc usque ad tempus Theodosii Imperatoris, testante Hieronymo, suum esse dilatavit. et ex illa hæc fuisse perhibetur, quæ in præsentibus videtur, et caro tenetur. Quæ licet arida, medicabilis tamen esse probatur in hoc, quod, si de ea quis equitans aliquid secum detulerit, animal suum non infendit. In Hebron primo applicuerunt se, causa terræ explorandæ, Caleph et Josue, eorumque socii decem. In Hebron David regnavit septem annis et dimidio. Decem milliaria ab Hebron, est lacus Asphaltites contra orientem, qui et mare Mortuum dicitur; et

B vere mortuum, quia nihil vivum recipit: et mare diaboli dicitur, eo quod, instinctu ejus, quatuor illæ civitates miserimæ, Sodoma, Gomorra, Semo, Adama, perseverantes in turpitudine sua, igne sulphureo concremata, in lacum illum submersæ sunt. Supra lacum in accubitu Judæ, Segor, quæ et Bala, quinta de civitatibus illis, precibus Lot de subvèrsione et incendio servata; quæ usque nunc ostenditur. In exitu Segor, uxor Lot, salis in effigiem mutata fuit: cujus adhuc apparent vestigia supra ripam prædicti maris. Multum est aluminis, multumque cataranni, quod ab incolis reperitur et legitur; et ex mari bitumen reperitur et extrahitur, quod Judaice appellatur in multis necessarium. Segor autem modo, a compatriotis, oppidum palmæ vocatur. Supra lacum Asphaltiten in descensu Arabiæ, Carnaum in spelunca, in monte Moabitarum; in quem Balach, filius Beor, divinum adduxit Balaam ad maledicendum filiis Israel: qui propter vehemens præruptum excisus vocatur. Lacus Asphaltites Judæam dividit et Arabiam. Arabia, tempore filiorum Israel, solitudo erat, et desertum, terra invia et inaquosa. In ea quidem detinuit eos Dominus quadraginta annis, manna pluens ad manducandum, aqua de rupe ducta. In Arabia, Hellum, castrum filiorum Israel, locus in deserto, in quo duodecim fontes, et septuaginta palmas, de mari Rubro exeuntes repererunt. In Arabia, Vallis Moysi; in qua percussus bis silicem virga, duos aquæ populo Dei reddentem rivulos; de quibus modo tota illa regio irrigatur. In Arabia mons Sinai, in quo Moyses xl diebus, totidemque noctibus, totius cibi expertus, moratus fuit; in quo et Dominus Moysi dedit legem, proprio digito scriptam in tabulis lapideis. In Arabia, præcessit filios Israel columna ignis per noctem nubes vero vallavit eos diebus singulis. In Arabia, xl mansiones filiorum Israel. In Arabia, mons Hor, in quo sepultus quiescit Aaron. In Arabia, mons Alarim; in quo Dominus Moysen sepelivit, cujus tamen nusquam apparuit tumulus. In Arabia, mons regalis, quem Baldeimus, primus rex Francorum in Jerusalem, ad terram illam Christicolis subjuga-

(*) Additur apud Allatium, Anno Domini *MXL*. Cum autem in narrationis decursu Balduini regis mentio (col. 992 C) occurrat, sequitur auctorem no-

strum duodecimo sæculo per terram sanctam iter fecisse. EDIT. PATR.

dam et tuendum regnum David, in castrum firmum reddidit. Arabia jungitur Idumæe in confinibus Bestron. Idumæa, terra Damasci. Idumæa tamen sub Syria. Caput Syriæ quidem Damascus. Idumæam et Phœniciam dividit Libanus. Phœnicia, in qua Sor, id est. Tyrus, Phœnices nobilissima metropolis, quæ Christum, perambulante[m] maritima, ut Syri asserunt, noluit accipere; quæ et, divina testante pagina, tot martyres Deo reddidit, quorum ejus solius scientia minus colligit. Tyrus originem celat tumultatum. Ante Tyrum lapis ille marmoreus, haud modicus, super quem sedit Jesus: manens illæsus, a tempore Christi usque ad expulsionem gentium ab urbe; sed postea defraudatus a Francis et a Venetis. Supra vero residuum illius lapidis, in honorem Salvatoris, ecclesia quædam fundata est. Octo milliaria a Tyro contra orientem, supra mare, Sarpheu, quæ est Sarepta Sidoniorum. In qua quondam habitavit Helias propheta, in qua et resuscitavit filium viduæ, Jonam scilicet: quem prius ipsa hospitio receperat, et charitative foverat ac paverat. Sex milliaria a Sarpheu, Sidon, civitas egregia; ex qua Dido, quæ Carthaginem construxit in Africa. Sexdecim milliaria a Sidone, Berytus opulentissima civitas. In Beryto quædam Salvatoris nostri icon, non multum post passionem ejus ad ignominiam ejus a quibusdam Judæis ridiculose crucifixa, sanguinem produxit et aquam; unde et multum in vero Crucifixo crediderunt, baptizati: quicumque etiam ex stilla iconis peruncti, a quacunque gravarentur infirmitate, sani reddebantur. Arphat, urbs Damasci. Damascus in Syria; de qua historia. Damascus caput Syriæ tenenda metropolis. In ea Damascus construxit Eliezer, servus Abrabæ, in agro illo, in quo Cain fratrem suum Abel occidit. Damasci habitavit Esau, qui et Seir, et Edom Seir pilosus; Edom rufus et rubeus. Ab Edom tota illa terra vocatur Idumæa. De qua in psalmo: *In Idumæam extendam calceamentum meum*¹. Est autem Edom vocata: unde propheta: *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra*²? Est autem quædam pars terræ illius, terra Hus, ex qua beatus Job; quæ et Suetæ; a qua Balad Subites; in qua et Theman metropolis. Ex Themans. Eliphat Themanites, in qua et Naamath oppidum; a quo Sophar Naamathites. Hi tres consolatores Job. In Idumæa finibus, duo milliaria a Jordane, fluvius Jaboc; quo transvato Jacob, cum a Mesopotamia rediret, luctatus est cum ange'o; qui de Jacob ei nomen mutavit in Israel. In Idumæa mons Seir; sub quo Damascus. Duo milliaria a Damasco, locus, in quo Saulo Christus apparuit, dicens: *Saul, Saul, quid me persequeris*³? in quo et Saulum claritas de celo non modica circumfulsit. In Damasco baptizavit Saulum Ananias, nomen ei Pauli imponens. In Damasco de muris missus fuit Paulus in sporta,

A persecutoris veritus rabiem. Libanus interpretatur Candidatio. De quo in Canticis: *Veni de Libano, sponsa mea, columba mea*⁴. Ad radicem Libani, Pharphar et Abana, fluvii Damasci. Montes Libani et planitiem archados transiit Abana, mari magno se copulans, finibus illis, quibus sanctus Eustachius, ab uxore sua privatus, et filiis desolatus, recessit. Pharphar per Syriam tendit Reblatam, id est, Antiochiam; labensque secus muros ejus, decem milliaria ab Antiochia in portu Solim ortu scilicet sancti Simeonis, mediterraneo nari se commendat. In Antiochia sedit beatus Petrus septem annis, pontificali decoratus infula. Ad radicem Libani, civitas Paneas sita est, id est, Helymas, quæ et Cæsarea Philippi. Ad radicem Libani, Dan et Jor oriuntur, fontes illi duo, de quibus, sub montibus Gelboe, Jordanis nascitur. In quo Christus a Joanne, præcursore ejus, tertio lapide a Jericho, baptizari voluit; in quo etiam loco vox Patris ejus intonuit, dicens: *Hic est Filius meus dilectus*⁵; et super Jesum descendit ibi Spiritus sanctus in specie columbæ. A montibus Gelboe usque ad lacum Asphaltiten, vallis, per quam Jordanis labitur. Sortus appellatur. Suphon (quod Hebræum est vocabulum) appellatur etiam vallis illa; quæ grandis atque campestris ex utraque parte vallatur montibus contiuis a Libano usque ad desertum Pharan. Dividit autem Jordanis Gallizæ[m] et Idumæam, et terram Bosræ, quæ et Idumææ secunda metropolis. Jordanis descensus interpretatur. Dan fere ab ortu suo subterraneum ducit gurgitem usque ad Meldam, planitiem illam in qua satis patentem suum foras emittit alveum. Planities illa Melda vocatur, eo quod in illa Meldis est. Saracenicæ quidem sonat plataem. Platea Meldæ, Latine autem platea, forum; Meldæ vero vocatur, eo quod Intrante æstata innumerabilis ibi populus, secum deferens omnia venalia, convenit ingensque Parthorum et Arabum milita, ad tuendum populum et greges suos in pascuis illis uberrimis per totam æstatem. Meldan componitur ex Mel, et Dan. Mel Saracenicæ aqua. Dan fluvius, ex planitie Dan prædicta se reddens in fluvium. Suetam peragrat, in qua pyramis beati Job superstes, a Græcis et gentilibus sollemnis habetur. Dan, contra Gallizæ[m] gentium se obliquans ab urbe Cedar cæcis medicabilia balnea spineti plana profluens, Jor copulatur. Jor haud longe a Paneas lacum illius reddit ex se, postea mare Gallizæ, sumens initium inter Bethsaida et Capharnaum. A Bethsaida Petrus et Joannes, Andreas et Jacobus Alphæi. Quatuor milliaria a Bethsaida, Corozain, in qua nutritur Antichristus, seductor orbis. De Corozain et Bethsaida ait Christus Jesus: *Væ tibi, Corozain, væ tibi, Bethsaida*⁶. Quinque milliaria a Corozain, Cedar, excellentissima civitas illa, de qua in Psalmo, *cum habitantibus Cedar*⁷. Cedar interpretatur, in tenebris. Capharnaum in

¹ Psal. LIX. 10. ² Isa. LXIII. 1. ³ Act. IX. 4. ⁴ Cant. IV. 8. ⁵ Matth. III. 17. ⁶ Matth. XI. 21. ⁷ Psal. CXLIX. 5.

dextera parte maris sita est, civitas Centurionis, A
cujus filium in ea sanavit Jesus; de quo sit: *Non
inveni tantam fidem in Israel* ⁹. In Capharnaum
multa alia fecit Jesus, docens in Synagoga. Ca-
pharnaum, villa pulcherrima interpretatur, vel villa
pulchritudinis: quæ nobis sanctam figurat Eccle-
siam. Ad quam tum qui de Libano descendunt, id
est, de candore virtutum, ab ea et in ea lucidiores
redduntur. Secundo milliario a Capharnaum, de-
scensus illius montis est, in quo sermocinatus est
ad turbas, et instruxit apostolos suos; in quo et
leprosum curavit. Milliario a descensu illo, locus,
in quo pavit quinque millia hominum ex quinque
panibus et duobus piscibus. Unde locus ille menea
vocatur; quasi locus refectionis. Cui locus subja-
cet ille, in quo Christus post resurrectionem suam
discipulis apparuit, comedens cum eis partem pis-
cis assi supra mare; in quo et Dominus sicco pede
ambulavit, cum circa quartam noctis vigiliam Petro
et Andrea piscantibus apparuit; ubi et Petro, su-
pra ad eum ire volenti, et merso, ait Jesus: *Mo-
dicæ fidei* ¹⁰. Ubi etiam alia vice discipulis suis, in
navi periclitari metuentibus, mare quietum reddi-
dit. In sinistro maris capite, montis in concavo,
Genezaret; locus generans aurum, quod adhuc ab
illis præsentibus sumitur. Milliario secundo a Ge-
nezaret, Magdalum oppidum, a quo Maria Magda-
lena. Hæc autem regio Galilææ gentium est; in
tribu tamen Zabulon et Nephthaim. In superioribus
ejus Galilææ, viginti fuerunt civitates illæ, quæ rex
Salomon Hiram regi Tyri, amico suo, dono dedit.
Secundo milliario a Magdalo, Cenereth, quæ et
Tiberias a Tiberio Cæsare cognominata; quam in
juventute sua frequentare solebat. Quarto milliario
a Tiberiade, Bethulia civitas; ex qua Judith, quæ;
pro gente salvanda, nimis astute peremit Holofer-
nem in obsidione urbis. Milliario quarto a Tibe-
riade contra meridiem, Dothaim, in quo fratres
suos gregem pascentes reperit Joseph; quem et
Ismaelitis, eum odio habentibus, vendiderunt. Duo-
decimo milliario a Tiberiade, Nazareth, civitas Ga-
lilææ, patria Salvatoris, eo quod in ea nutritus
fuit. Nazareth interpretatur flos, vel virgultum;
nec sine causa, cum in ea ortus sit flos, ex cujus
fructu sæculum repletum est. Flos iste virgo Maria
ex qua Gabriel archangelus in eadem Nazareth
Filium Altissimi nasciturum nuntiavit, inquires:
Ave, Maria ¹¹. De Nazareth dictum fuit: *A Nazareth
potest boni aliquid esse?* Milliario quinto a Naza-
reth, Sephoris civitas, via, quæ ducit Achon. Ex
Sephori mater beatæ Mariæ, Anna, et Hermans,
sorores. De Hermans nata est Elizabeth, mater
Joannis Baptistæ. Porro Joachim duxit Annam
uxorem, qui genuit ex ea Mariam, Matrem Domini.
Mortuo Joachim, Cleophas duxit Annam in uxorem,
et genuit ex ea alteram Mariam, quæ fuit mater
Jacobi minoris Alphazi, qui appellatur frater Do-

mini. Defuncto igitur Cleopha, Salome duxit ite-
rum Annam uxorem; de qua genuit tertiam Mariam.
Zebedæus duxit eam uxorem, videlicet tertiam Ma-
riam; quæ genuit ei duos magnos viros, Jacobus
Minorem et Joannem Evangelistam. Et isti nihilo-
minus cognati Domini fuerunt. Præmam Mariam
duxit in uxorem Joseph, qui vocabatur Justus,
secundam Mariam duxit Alphaus. Secundo milliario
a Sephori, Cana Galilææ, contra Orientem; a qua
Philippus et Nathanael. In qua et puer Jesus, cum
matre discumbens in nuptiis, aquam convertit in
vinum. In Nazareth habetur fons exiguus; in quo
in pueritia sua habitare solebat, et inde mini-
strare matri suæ et sibi. Milliario a Nazareth, con-
tra meridiem, mons, qui Præcipitatus dicitur; ex
quo juvenem Jesus præcipitare voluerunt, zemu-
lantes prudentiam ejus; sed ab eis in momento
disparuit. Quarto milliario a Nazareth, contra
orientem, mons Thabor; in quo transfiguravit se
Jesus, apostolis suis videntibus, Petro, Joanne et
Jacobo, Moysæ et Elia; quibus etiam vox Patris
audita est, dicens: *Hic est Filius meus dilectus* ¹².
Secundo milliario a Thabor, contra orientem mons
Hermon. In descensu montis Thabor, obviam
Abrahæ, redeuntis a cæde Amalec, Melchisedech
qui et Sem, filius Noe, sacerdos, et rex Salem,
præsentans ei panem et vinum; quod significat
oblationem altaris Christi sub gratia. Secundo
milliario a Thabor, Naim civitas; ad cujus portam
Christus restituit vitæ alium viduæ. Supra Naim
mons Endor: ad radicem cujus, supra torrentem
Radunum, qui est torrens Cison, ubi cum filio
Deboræ prophetissæ, Barach filius Abinæsem deviat
Idumæos, Sisara videlicet occiso a Jahel, uxore
Heber Cinæi, Zeb autem, et Zebec et Salmana trans
Jordanem persequens, gladio peremit; Barach,
duce eorum in Endor, et sub Endor exercitu cæso.
Iude in psalmo, *Thabor et Hermon* ¹³, etc. Quinto
milliario a Naim, Jezrahel civitas, quæ et Zaram;
ex qua Jezabel, impiissima regina, fuit, quæ abstu-
lit vineam Naboth: quæ et, pro importunitate sua,
de summo palatii sui præcipitata interiit: cujus
adhuc pyramis superstes videtur. Juxta Jezrahel,
campus Mageddo; in quo Josias rex a rege Samariæ
subactus occubuit, deinde translatus in Sion et se-
pultus: pro cujus morte fecit Jeremias Lamenta-
tiones. Milliario a Jezrahel, montes Gelboe; in
quibus dimicantes Saul et Jonathas, subacti si-
luerunt. Unde David: *Montes Gelboe* ¹⁴, etc. Se-
cundo milliario a Gelboe, contra Orientem, Sey-
thopolis civitas, Galilææ metropolis, quæ et Be-
thsan, id est, domus solis, vel civitas, supra cujus
muros suspenderunt caput Saul. Quinto millia-
rio a Jezrahel, geminum oppidum illud, a quo
incipit Samaria. Decimo milliario a Samaria,
quæ et Sebaste, id est, Augusta, ab Augusto Cæ-
sare dicta: in qua sepultus fuit paranympus ille

⁹ Matth. viii, 12. ¹⁰ ibid. 26. ¹¹ Luc. i. 28. ¹² Matth. xvii, 5. ¹³ Psal. lxxxviii, 13. ¹⁴ II Reg. i, 21.

et precursor Domini, Joannes Baptista, ab Herode a Bethleem interpretatur Domus panis; nec sine causa, quia de flore Naaareno processit in ea fructus vite, de Virgine Maria Filius Dei vivi, videlicet Christus Jesus, qui panis est angelorum, totiusque mundi vita. In Bethleem, juxta locum Nativitatis, præsepe, in quo et ipse latitavit infans Jesus. Unde et propheta: *Cognovit hos possessorem suum* ¹⁷. Ex quo scœnum illud, in quo latitaverat, Romam delatum fuerat ab Helena, et honeste reconditum in ecclesia sanctæ Mariæ majoris. Milliario a Bethleem, refulsit lux pastoribus, Dominus nato, ejus apparente angelo et dicente: *Gloria in excelsis Deo* ¹⁸. In Bethleem nova stella duce, venerunt tres reges ab Oriente, venerati natum Jesum, et, ut Regem angelorum adorarent, præsentantes mystica munera, auro, thus, et myrrham. In Bethleem ejusque finibus, decollari jussit Innoçentes Herodes: quorum pars maxima, contra meridiem, secundo milliario a Bethleem, secundo a Thecua, sepulta quiescit. Quarto milliario a Bethleem, contra meridiem, est ecclesia beati Pareto-
 lli; ubi et, ipso transeunte de hoc mundo, monachi ejus, quibus ipse pastor præfuerat, cum eo pariter agonizaverunt; quod adeo devote præstiterunt, eo quod pater eorum plus exultavit; nec post eum in mundo vivere volebant, ita ejus amore fervebant; quorum singulorum compagine in ecclesia videri possent, modo illo quo se habuerunt in desolatione patris eorum agonizantis, translati postea in Jerusalem. In Bethleem, in basilica hanc longe a præsepio, requiescit corpus beati Hieronymi, nunc quidem Romæ, ubi etiam in ecclesia sancti Nicolai requiescunt corpora sanctorum Pauli et Eustachii; quibus ipse Hieronymus scribit. Milliario a Bethleem, via, quæ ducit Jerusalem, Nablata, locus, in quo, cum peperisset Benjaminum, Rachel occubuit; ibique etiam Jacob, viro suo, tumulata quiescit: cujus in tumulo supponit Jacob duodecim lapides non modicos, in testamento duodecim filiorum suorum, cujus adhuc pyramis a transeuntibus videtur. Jerusalem, gloriosa Judææ metropolis, juxta philosophos in medio mundi sita est. Regnavit autem David in ea triginta duobus annis cum dimidio. Est quidem in Jerusalem mons Moria super quem David, videns angelum percutientem evaginato gladio, qui populum Dei graviter cædebat, timens, ne in se et in urbem ulcisceretur, quod in populo numerando deliquerat, primus in terram corruit, vere poenitens, graviterque se affligens, et a Domino exauditus, veniam meruit; de quo ait Dominus: *Inveni sicut juxta cor meum* ¹⁹. In monte Moria, regnante David, florebat arca Ornan Jebusæi, a quo et ipse David eam emere veluit ad constituendam ibi domum Domini, eo quod misericordiam loco illo consecutus est, et eo quod angelus Domini, ei parcens, urbi restiterat, sunt qui dem, sed vetitum fuit a Domino, ne intrmitteret

Castello Macherus, et a discipulis suis inde translatus Sebaston, ibique sepultus inter Eliseum et Abdiam: postea exinde assumptum corpus a Justiano Apostata, ejus jussu crematum fuisse perhibetur, datis vento cineribus; sed absque capite, quod Alexandriam antea translatum fuerat, postea Constantinopolim, ad ultimam in Gallias pagum Pictaviensem, et absque iudice, quod venientem Jesum ad baptismum indicavit, dicens: *Eccæ Agnus Dei* ²⁰. Iudicem Justum sancta Virgo martyr Alpes tollit Thecla, ubi sub maxima veneratione tenetur in ecclesia Morinensi. Samaria nomen urbis et patriæ. Quarto milliario a Sebaste, Neapolis, quæ et Sichem, a Sichem patre Hemor, qui Dinam filiam rapuit, finibus illis deambulanti. In Sichem vero relata fuerunt ossa Joseph ex Ægypto. In Sichem juxta fontem fabricavit Jeroboam vitulos aureos duos, quos adorari fecit a decem tribubus, quas a Jerusalem abduxerat et seduxerat. Unde unum ex eis posuit in Dan, alium in Bethel. Sichem urbem illam deleverunt filii Jacob, Hemorque peremerunt, dolentes de adulterio Dinæ sororis suæ. Sichem his diebus Neapolis dicitur, id est, Nova civitas, Sichar ante; juxta Sichem prædium, quod dedit Jacob filio suo Joseph. In quo fons Jacob, qui et puteus; supra quem evangelizatur, fessum itinere Jesum, sermonem habuisse cum Samaritana; ubi nunc et ecclesia constructur. Juxta Sichem, terebinthus illa, sub qua Jacob abscondit idola. In Bethel, milliario a Sichem, Luza civitas, in qua per multum temporis spatium habitavit Abraham: ubi et Jacob, dormiens, scalam vidit ad caput ejus, cœlum tangentem, angelosque per eam ascendentes et descendentes; et statim evigilans, ait: *Hic locus vere sanctus est, et porta cæli* ²¹, erigensque lapidem in titulum, oleamque fundens desuper, appellavit nomen loci illius Bethel, qui primitus Luza appellabatur. In Bethel, angeli præcepto, voluit Abraham immolare Dominum filium suum Isaac. Est autem Bethel collateralis mons Garizim, respiciens montem Hebel, orientem juxta Dan super Sichem. Vicesimo milliario a Sichem quartoque a Jerusalem, via quæ ducit Diospolim, mons Silo, et civitas, quæ et Rama; ubi, arca Domini et tabernaculum ab adventu filiorum Israel manserunt usque ad tempora Samuelis prophætæ et David regis.

¹⁷ Joan. 1, 29. ¹⁸ Gen. xxviii, 17. ¹⁹ Psal. lxxxvi, 3. ²⁰ Isa. 1, 5. ²¹ Luc. 11, 14, ²² I Reg. xiii, 14.

se inde, quia vir sanguinis erat. Ergo quas ad hoc A
 pręparaverat expensas, Salomoni filio suo, cui a
 Domino concedebatur, tradidit, quatenus inde do-
 mum Domino construeret. ędificavit rex Salomon
 Domini templum, id est, Bethel, et altare :
 quę et dedicavit incomparabili sumptu : petens a
 Domino, quod, quicumque de quocunque Dominum
 consuleret, in eo exaudiri mereretur, quod con-
 cessum fuit a Domino. Ergo domus Domini, domus
 consilii. Illud autem, pro incontinentia principum
 et populi, exspoliavit Nabuchodonosor per Nabu-
 zardan, principem coquorum suorum, tempore Se-
 dechię regis, ipsumque privavit urbe, totumque
 quod pretiosum fulgebat in æde et in urbe, tulit,
 sibique pręsentari jussit in Babylonem, et popu-
 lum. Paulo post quidem Pharo Nechao templum
 delevit et urbem. Modo vero, ne relatori videatur
 absurdum, auditori tędiosum, sub quibus et a qui-
 bus restitutiones et destructiones primi et secundi
 et tertii templi commissę, hoc de pręsenti Bethel,
 propt verius queam, elucidare conabor. Revera de
 hoc Bethel, sub quo et a quo principe restitutum
 sit, fere ignoratur. Quidam enim, sub Constantino
 imperatore, ab Helena matre sua reędificatum
 fuisse perhibent, pro reverentia sanctę crucis per
 eam repertę ; alii ab Heraclio imperatore, pro re-
 verentia ligni Domini, quod de Perside triumphans
 attulerat ; alii a Justiniano Augusto ; alii a quodam
 admirando Memphis ęgypti, pro reverentia Allahi-
 hyi, id est, summi Dei, etiam ad primum colendum.
 Ab omni lingua reverentę veneratur pręsens hoc
 templum, quantum prędicatur. Cujus in penultimo,
 octavo die natalis sui, puer circumciscus est ; prę-
 putium cujus, Jerusalem in templo de caelis, ab an-
 gelo, Carolo Magno regi pręsentatum fuit, et ab eo
 delatum in Galliam Aquisgranum : postea quidem
 a Carolo Calvo translatum in pagum Pictaviensem,
 apud Carnosiam, in ecclesia, quam ibi in honorem
 Salvatoris construxit, et regis bonis amplissimis sub
 monachali religione locupletavit, quod ex tunc
 usque modo ibi solemniter veneratur ipsa pręsenti
 suo Jesus a matre sua prę entatus est, et receptus
 a beato Simone, dicente : *Nunc dimittis servum
 tuum, Domine* ²⁰. De templo ipso liberavit adulteram
 ab accusantibus eam, dicens : *Qui sine peccato est* ²¹,
 etc. Ista adultera fuit de tribu Nephtalim, filia Se-
 gor. In templo isto laudavit munus pauperulę,
 quod in gazophylacio posuerat ; quę totum, quod
 habebat, attulerat. In templo isto, dum moraretur
 Jerusalem, docebat Judęos, licet eum ęmulantes.
 Supra pinnaculum templi statuit Jesum diabolum,
 tentans eum ; et dicens : *Si Filius Dei es* ²², etc. De
 templo pręcipitatus fuit divus Jacobus, primus sub
 gratia pontifex in Jerusalem. In templo isto nun-
 tium fuit, ab angelo, Zacharię, natale filii sui
 Joannis Baptistę, feria sexta, hora secunda. Inter
 templum et altare Zacharię, filius Barachię, mar-

tyr occubuit. Supra templum hoc in veteri Testa-
 mento sanctificare solebant turtures et columbas :
 quod a Saracenis postea immutatum est in horolo-
 gium, et adhuc videri potest. Per Speciosam por-
 tam templi transiens Petrus cum Joanne, respondit
 petenti ab eis : *Quod autem habeo, hoc tibi do* ²³. In
 Jerusalem Probatica piscina ; quam, tempore Jesu,
 certis temporibus movere angelus Domini solebat ;
 quicumque infirmus autem post motionem intrabat,
 sanus fiebat, a quacunque detinebatur infirmitate.
 Probaton Gręce, pecus Latine, eo quod in sacrifi-
 ciis solebant inde ablui exta pecudum. Erat quippe
 rubea ex hostiis ; quę ibi immolabantur. In Probatica
 ista languentem sanitati restituit Jesus, dicens
 ei : *Tolle grabatum tuum* ²⁴, etc. In medio Jerusa-
 lem, excitavit a morte puellam Jesus, sub Salomo-
 nis regia, in accubitu Sion. In Josaphat, natatoria
 Siloe : ad quam Christus cęcum, ab eo illumina-
 tum, misit, ut ex ea lavaret oculos suos ; qui
 abiens, lavit, et vidit. Siloe, missus interpretatur.
 Siloe, secundum traditionem majorum, ex Silo
 manare dicitur. Unde Isaias : Siloe cum silentio
 gurgitem suum ducit ; quia subterraneum. Juxta
 Siloe exstitit quercus Regel ; sub qua beatus Isaias
 sepultus quiescit. In valle Josaphat, sub acuta py-
 ramide, rex idem Josaphat sepultus quiescit. In
 valle Josaphat sepultus est beatus Jacobus, indeque
 translatus Constantinopolin. Secundo milliario a
 Jerusalem, via, quę ducit Sichem, mons Sebauth
 in tribu Benjamin. Milliario a Jerusalem, in accu-
 bitu montis Oliveti, contra Asphaltiten, Bethania :
 quę collateralis est monti Oliveti. Mons Oliveti,
 mons offensionis, et continuus. Dividit autem eos
 via, quę de Josaphat per Bethphage ducit. Dicitur
 est autem mons offensionis, eo quod rex Salomon
 in eo idolum Moloche adoravit. Bethania est oppi-
 dum illud, in quo Simon leprosus sæpe Jesum rece-
 pit in hospitem ; cui devote ministrabant Maria et
 Martha. Bethanię Maria cum lacrymis rigans pedes
 Jesu, suisque crinibus extergens, et ungens
 unguento, suorum veniam meruit peccatorum. Beth-
 anię Christus Martham laudavit, et Mariam,
 Martham, in ministrando sollicitam ; Mariam, in
 verbis ejus sollicitam : quarum precibus et lacry-
 mis commotus, fratrem earum Lazarum in monu-
 mento jam quatruiduanum, vitę restituit. Bethania,
 domus obedientię interpretatur. Bethphage, quę et
 vitulus sacerdotum, domus buccę vel maxillarum in-
 terpretatur. Mons Oliveti, mons tribuaris, vel san-
 ctificationis. Vallis Josaphat, vallis judicii. Jerusa-
 lem, visio pacis. Sion, speculum, vel speculatio.
 Per hunc tramitem ascendit Jesus Hierosolymam,
 sedens super asinam, die, qua celebratur ramus
 palmarum. Sic et quisque catholicus angeli summi
 consilii debet incedere, et adire pręsentiam sacer-
 dotum, qui Dei verbum ruminant ; ut ab eis corri-
 gatur, et instruat, coque consilio ejus doctrinę se-

²⁰ Luc. 11, 29. ²¹ Joan. viii, 7. ²² Matth. iv, 3.

²³ Act. 11, 6. ²⁴ Marc. 11, 9.

hirc vallem iudicii, id est, contritionem sanæ compunctionis, in conspectu, videlicet qui se affligit, per portam Orientalem digne introiturus sanctam Jerusalem, cœlestem Sion, stola jucunditatis decorandus. Monte Sion lavit Jesus pedes discipulorum suorum, dicens eis: *Sic facite in meam commemorationem* ²². Monte Sion cœnavit Jesus cum discipulis suis, dans eis in pane corpus suum ad manducandum, et in vino sanguinem suum ad bibendum: quod est viaticum nostræ redemptionis. Monte Sion, in cœna supra pectus Domini beatus Joannes recubuit, de fonte sapientiæ potans. Monte Sion, Judæ, proditori suo, in cœna Christus buccellam panis intulit. Monte Sion ait Jesus: *Mecum est in mensa, mecum intingit manum in paropside, qui me traditurus est* ²³. Cui Judas: *Numquid ego sum, Rabbi?* Jesus respondet ei: *Tu dicis* ²⁴. Ad sinistram montis Sion, super agrum peregrinorum, qui et Hakeldama, id est, ager sanguinis, secus viam, quæ ducit Ephrata, Mons Sion, in quo rex Salomon unctus, regni diadema recepit. In Jerusalem vendidit Jesum Judas hora vespertinæ. In accubitu montis Oliveti contra orientem trans Cedron, factu lapidis a Gethsemani, oravit Christus ad Patrem suum, dicens: *Pater, si fieri potest, transseat a me calix iste* ²⁵; ubi ex timore carnis, sudorem fudit quasi sanguinem; ubi et ait Petro: *Non potuisti una hora vigilare mecum* ²⁶? Deinde Gethsemani regressus est. Judas autem traditor, accepto jam pretio, ad id quod de Jesu Judæis spondidit, signum dederat cohorti: *Quemcumque osculatus fuero* ²⁷, etc. Quem, cognitum fraudis osculo, viactum ducunt in Sion, ad Pilati prætorium. Ubi et Petrus ter eum negavit: unde et, galli cantu pie reminiscens verbi Jesu, vere penituit, flevitque amare; et fugiens in cavernam, quæ modo Galli cantus appellatur, vulgariterque Galilææ via, quæ descendit Josaphat, sub porta montis Sion. Monte Sion Jesum opprobriis afflictum, verberibus cæsum, catenis tentum, ac derisum, crucis suæ bajulum, Pilati jussu, Judæorum impulsu, in Golgotha, quod est Calvarie locus, tunica exutum, felle et aceto potatum, crucis patibulo suspensum neci dederunt. Locus, inquam, Calvarie dictus, eo quod in eo calvari, id est, damuari rei solebant. Calvarie dum in cruce pateretur Jesus, Matrem suam amico suo commendavit ut virginem virgini Matri, dicens: *Ecce filius tuus* ²⁸, etc. Calvarie dum in cruce pateretur hostia mundi, latroni pendenti ad dexteram, ab eo petenti veniam, stolam immortalitatis promisit: crucis in patibulo, perforatus lancea, sanguinem emisit et aquam, ex quorum stilla aperti sunt oculi Long'ni, qui eum percusserat. Sub loco Calvarie ad dexteram, in introitu Ecclesie, locus, in quo Joseph impetravit a Pilato corpus Jesu, sublatum de cruce lavit reverenter garis

et aqua; et aromatibus condidit, involutumque in sindone munda, haud longe sepelivit in orto, in monumento, quod novum sibi de rupe sculpserat. Inde descendit ad inferos ad redimendum hominem: inde resurrexit, verus leo de tribu Juda, morte subacta ibi: et angelus Domini sanctis mulieribus apparuit, jam ab ostio monumenti lapide revoluta, et, Jesum vere resurrexisse nuntians, ait: *Ite, et dicite discipulis ejus, et Petro, quod præcedet vos in Galilæam* ²⁹. Sub loco Calvarie, in capite Ecclesie, ab Helena crux Domini reperta est. Secundo milliario a Jerusalem, contra Jerusalem crevit arbor illa dignissima, in qua verus ille leo pendit, qui morte sua mortem delevit, vitam mundi reparans. Unde propheta: *O mors, ero mors tua* ³⁰, etc. De carcere vero, et medio mundi, fabulatorie prædicatur; cum utriusque loci dignitas satis reverenda sit. Locus, inquam, qui modo Carcer Christi dicitur, in passione Jesu campestris erat; sed in jea moram habuit, quandiu machinabantur ei crucis suspendium. Ulo quidem loco, secundo manifestavit se Jesus Mariæ Magdalene, cum rediret ab inferis. Eadem die jam declinante ad vespertinam, sub peregrini specie latitans, apparuit duobus discipulis in via, sub conquestu de morte illius tendentibus Nicopolin, id est, Emmaus oppidum, septimo milliario a Jerusalem: quem et ibi receptum in hospitem recognoverunt in fractione panis; et statim disparuit ab eis. Monte Sion apparuit apostolis omnibus, absque Thoma, januis clausis, dicens eis: *Pax vobis* ³¹. Monte Sion, octava die, Thomæ cum illis, januis clausis omnibus, vulnera sua palpanda obtulit. Cui ait Thomas: *Dominus meus, et Deus meus* ³². In Galilæa secus mare, et in mari discipulis suis ter se manifestavit. Quadragesimo die, in monte Oliveti, susceptus a nube, manibus erectis, caelos ascendit. Quadragesimo die, qui nobis jubileum annum, id est, æternam libertatem figurat, apostolorum corda suorum inflammantem, sanctum remisit Spiritum Paracletum. Monte Sion Virgo, Jesu Mater, transiit de mundo, et in Josaphat ab apostolis sepulta fuit; inde a Filio suo supra choros angelorum exaltata. Monte Sion David rex, et Salomon, alique reges Hierosolymitani, sepulti quiescunt. Ante portam Jerusalem, quæ respicit occasum, urbs sancta Israel, saxis obrutus beatus Stephanus protomartyr obiit, inde translatus in Sion, et sepultus inter Nicodemum et Habbilon, et Gamalielam; postea Constantinopolin: Romæ ad ultimum beato Laurentio contumelatus. Unde et in tumulo scribitur: *Quæ Sion occidit nobis bis austram misit*. Ante portam Jerusalem, juxta locum qui respicit meridiem cavea illa, in qua leo quidam, jussu Dei omnipotentis, martyrum fere duodecim millia sub Cosroe perempta, una nocte detulit: unde et caverna leonis dicitur. Sexto

²² Luc. xxi, 19. ²³ Matth. xxvi, 23. ²⁴ Ibid. 25. ²⁵ Ibid. 39. ²⁶ Ibid. 40. ²⁷ Ibid. 48. ²⁸ Joan. xi, 26. ²⁹ Matth. xxviii, 7. ³⁰ Osce xiii, 14. ³¹ Luc. xxiv, 36. ³² Joan. xx, 28.

milliario a Jerusalem, via, quæ ducit Ramatha, A mons Modin; ex quo Mathathias, pater Machabæorum; in quo sepulti quiescunt, eorum adhuc apparentibus tumulis. Octavo milliario a Modin, via quæ ducit Joppen, Lidda, quæ et Diospolis: in qua corpus beati Georgii sepultum fuisse manifestatur. Milliario a Ramatha, tertio milliario a Bethleem, Thecæ oppidum, ex quo Amos propheta: qui et ibi sepultus quiescit. Quarto milliario a Jerusalem ad austrum, oppidum illud, in quo morabatur Zacharias tunc temporis, cum Mater Jesu Maria, festinans, jam habens in utero Filium Dei, venit ad salutandam Elisabeth, cognatam suam, quæ erat gravida Joanne Baptista; quem ibi et natum fuisse perhibent. Decimo tertio milliario a Jerusalem contra boream, Jericho, ex qua Rahab meretrice, quæ hospitio suscepit et pavit celavitque quatuor exploratores terræ promissionis. Ex qua Zachæus statura pusillus, audens Jesum, partes illas perambulanti, sycomorum arborem ascendit, et, ut Dominum videret, et cum eo loqueretur, se indicavit, petens veniam; ex qua et pueri, qui beatum Elisæum, Hierosolimam ascendenti, deriserunt exclamantes: *Ascende calve, ascende calve*³⁶. Secundo lapide a Jericho ad austrum, est desertum, quod Quarantena vocatur, in quo Jesus quadraginta diebus totidemque noctibus jejunavit, eumque ibi esurientem tentans diabolus, ait: *Dic, ut lapides isti panes fiant*³⁷. Secundo milliario a Quarantena contra Galilæam, mons excelsus ille, in quo iterum diabolus tentavit Jesum, ostendens ei omnia regna mundi, et inquit: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me*³⁸. Sub Quarantena, fontis illius rivulus, quem beatus Elisæus, ejus sanata sterilitate, de amaro potabilem reddidit. Ante Jericho, secus viam, cæcus mendicus, audiens quod Jesus transiret, clamans: *Jesu, fili*

*David, miserere mei*³⁹, ab eo illuminari meruit, tam interius quam exterius. Tertio milliario a Jericho, secundo milliario a Bethagla, quod interpretatur *locus gyri*, eo quod ibi more plangentium circumissent funera Jacob, filii ejus et gens sua, referentes eum de Ægypto in Hebron. Engaddi in tribu Juda, ubi abscondit se David in solitudine, quæ est in aulone Jericho, hoc est, in regione illa campestris, de qua supra diximus. Vocatur vicus ille pergrandis Judæorum. In Galida juxta mare Mortuum, balsanum afferri solebat et oriri. Unde et vineæ Engaddi nuncupantur. Octavo milliario a Nazareth contra Carmelum Chiam mons; ad radicem ejus, juxta fontem, Lamech, pater Noe, sagitta sua peremit Cain, arcuque suo ducem suum. Unde furor repletus, et iratus, ait: *Occidi virum in vulnus meum, et adolescentulum in litorem meum*⁴⁰. Tertio milliario a Cain monte, mons Carmeli, de quo in Canticis: *Collum tuum, ut Carmelus*⁴¹; in quo et per multum temporis spatium conversari voluit beatus Elias, ejusque discipulus cum eo, beatus Elisæus. Septimo milliario a Nazareth contra Geninimum, Gaver, locus in quo Jehu rex Israel percussit Ochoziam regem Judææ. Decimo sexto milliario a Nazareth contra orientem supra mare Galilææ, Gergesa, viculus ille, in quo Salvator eos qui a dæmonibus vexabantur, sanitati restituit; ex quo et in mari porci præcipitati obiere. Decimo sexto milliario monte Carmeli contra meridiem, Cæsarea, Palæstina metropolis, ex qua Cornelius centurio, quem in ea baptizavit beatus Petrus, et creavit in episcopum: in qua et turris Stratonis, quam Herodes contra adventum Augusti Cæsaris construxit de albo marmore; et turrim, quæ supereminet Hierosolymis, ipse Herodes, quæ et turris David dicitur, Josepho attestante, fabricavit eamque Antoniam vocavit.

³⁶ IV Reg. II, 23. ³⁷ Matth. IV, 3. ³⁸ Ibid. 9. ³⁹ Matth. IX, 27. ⁴⁰ Gen. IV, 23. ⁴¹ Cant. VII, 5.

POST MEDIUM SÆCULUM XII

THEODORUS PRODROMUS

NOTITIA

(Ex Leone Allatio *De Theodoris* num. CXVI, ap. Mæium in *Bibl. Nov. Patr.* tom. VI.)

Theodorus Prodromus, sive Ptochoprodromus, ita enim sæpissime in manuscriptis exprimitur, Christianis parentibus ortus, bonis piisque disciplinis instruitur. Ipse enim de se dicit:

Ὁς πατέρων μὲν ἐξέφυον θεοφρόνων,
καὶ πλείων ἐκ τῶν πραγμάτων πιστουμένων
καὶ κλήσσει μάλιστα χριστωνυμίας.

Πάππου γὰρ εὐμοιρῆχα Προδρομωνύμου,
Καὶ θεῖον ἔχον Χριστὸν ὀνομασμένον
Ἰῆς βασιτικῆς πρόεδρον, ἀθρόν ἐν λόγοις,
Ἰφ' οἷς ἀνυχθεὶς εὐσεβῶς ἀνετράφη.

Quibusdam non placet illud εὐσεβῶς, quod errori Græcorum de Spiritu sancto videatur addictissimus. Ipse ad Baram :

Ὁ μὲν Λόγος, νοῦ γέννα τοῦ παναιτίου,
Πανόγιος καὶ Πατὴρ ἐκ παναγίου,
Τὸ Πνεῦμα δ' ἐκπόρευμα, καὶ πρόβλημα νοῦ.

Alibique dicit de eodem, Πατὴρ ἐκ μόνου. Quinimo singulari opusculo hoc idem contra Latinos defendit, ut infra videbimus. Præpositum nonini Theodoro adjunctum τοῦ κυροῦ, qui ejus epigrammata ediderant, *Cyri Theodori Prodromi*, interpretati sunt, nomen esse proprium arbitrati. Quos optime refellit Gilbertus Gaulminus in Adnot. ad eundem Prodromum, cap. 1. Est enim κυρὸς nuperis Græcæ scriptoribus loco κύριος, ut Latinis eodem sæculo *dominus* pro dominus: quod etiam potius κύρ, vel κύρις, corruptius extulerunt, probatque eandem vocem sic perperam acceptam in omnibus linguis. Fuit variae eruditionis vir, scripsitque varia in omni genere scientiarum. Illius edita sunt epigrammata Græca cum aliis quibusdam, quæ sunt: *Argumenta, seu capita utriusque Testamenti tetrastichis iambicis senariis, et heroicis, quæ ubique iambicis ejusdem sententiæ subnectuntur, non quidem in omnes libros; sed in Pentateuchum, Josue, Judices, et Reges. Item in quatuor Evangelia, et Acta apostolorum. Tetrasticha item iambica, et heroica, in tres sanctos hierarchas Gregorium, Chrysostomum, et Basilium. Elegi, quibus alloquitur Paulum apostolum. Pares ad Gregorium theologum, alii in magnum Basilium, alii in Gregorium Nyssenum, alii in sanctum Nicolaum. Exsilium amicitiæ senarils scriptum. In Providentiam. Versus expostulatorii in Baram, a quo temere nominatus fuerat hæreticus. In imaginem vitæ. Basilicæ apud Bebelium anno 1536. Hæc eadem omnia in manuscriptis Italicis habentur et correctiora, et ampliora, quibus non nemo suffultus novam editionem non Inglorie moliri posset. Habentur quoque manuscripta in Bibliotheca regia Scoriaci. Illius epigrammata Græca, Joannes Ribissus in Latinam linguam transtulit, et Genevæ excudit Crispinus. Dialogus *De amicitiâ* iambicis trimetris scriptus, Græce et Latine interprete Conrado Gesnero editus est Basilicæ post Joannis Stobæi *sententias* in fol. In his tamen quemadmodum et in reliquis aliis accuratior quantitatis syllabarum ratio desideratur.*

